

## Alte Drucke

**SVMMA || DOCTRINAE || CHRISTIANAE || In vsum  
Christianæ pueritiæ per || qu[a]estiones recens  
conscripta, || & nunc denuò ædita. || lussu & ...**

**Bogaert, Jean**

**Lovanii, 1561**

Summa Doctrinae CHRISTIANAE.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150305**

# Summa Doctrinæ CHRISTIANÆ.

DE FIDE ET SYM-  
bolo Fidei. Caput I.

Quis dicendus est Christianus?



V I I E S V Actor. 11.  
Christi veri 1. Pet. 4.  
Dei & homi-  
nis salutarem  
doctrinam in  
eius Ecclesia  
proficitur.

Omnes proinde cultus & sectas, que  
extra Christi doctrinam et ecclesiam,  
vbiinis gentium reperiuntur, vt est  
Iudaica, Mahometica, Hæretica, dæ-  
nat & detestatur penitus, qui vere  
Christianus est: & in ipsa Christi doc-  
trina firmiter acquiescit.

Quo compendio Christianam  
doctrinam licet complecti?

C Vt niz

DE FIDE ET

VT nimirum Christianus ea norit  
& obseruet, quæ tum ad Sapientiam,  
tum ad Iustitiam spectant. Sapientia, sicut & Augustinus ostendit,  
circa virtutes versatur Theologicas,  
Fidem, Spem, & Charitatem: quibus  
pure colitur in hac vita mortali Deus  
Opt. Max. Iustitia vero duabus partibus  
absoluitur, declinatione à malo,  
& boni operatione: ut Prophetæ  
inquit Regius: Declina à malo, & fac  
bonū. Iam ex hisce fontibus, Sapientiae  
scilicet & Iustitiae, non difficulter  
hauriuntur cetera, quæcunque Christianæ  
quidem institutioni, atque discipline congruunt.

Quid primū traditur in doctrina Christiana?

Fides, ianua illa nostræ salutis, sine  
qua Deū inuenire et inuocare, Deo  
seruire et placere nullus in hac vita  
potest. Credere enī oportet accedente  
ad Deum, inquit Apost. Qui vero non  
credi-

Lib. 2.  
Retract.  
cap. 63.  
2. Cor. 13.

Psal. 36.  
2. Pet. 3.

Rom. 10.  
Heb. 11.

S Y M B O L O F I D E I . 2  
crediderit, cōdemnabitur, & iam iuc  
dicatus est, ex Christi sententia.

Quid fidei nomine intelligitur?

Fides est Dei donū, quo illustratus Ephe.1.  
homo firmiter adhæret atq; assen= Heb. 12.  
titur ijs, quæ ad credēdū diuinitus re= OF 100.2.  
uelātur. Cuiuscemodi sunt, Deū esse  
trinū et vnū, ē nibilo creatū mundū,  
Deū factū esse hominē, et pro homini  
bus mortē sustinuisse, Mariā & Virg  
inē et Dei Matrē existere, mortuos  
omneis ad vitā excitādos esse, hominē  
nē ex aqua et Spiritu. S. regenerari,  
totū Christū in Eucharistia contine  
ri, et id genus alia Religionis nostræ  
venerādamysteria, quæ diuinitus re= OF 100.2.  
uelata, nō humani sensus captu com  
prehendi, sed fide duntaxat percipi  
possunt. Vnde Propheta: Nisi credis Esa.7.  
deritis, inquit, non intelligetis. Non  
enim spēctat fides naturæ ordinē, non  
sensuum fidit experientiæ, non poten  
tia aut ratione humana, sed virtute

C ij      & aue

## DE FIDE ET

& authoritate diuinanititur, illud  
planè certum habens, summam æter-  
namq; veritatem, quæ Deus est, nec  
falli posse vñquam, nec fallere. Quæ-  
obrem id Fidei vel maximè proprium  
est, ut in captiuitatem redigat omnem

**2. Cor. 10** intelle&tum in obsequiū Christi apud  
**Luc. 1.** quem non est difficile, nedum impos-  
sibile, omne verbum. Hæc fides, Chry-  
stomo teste, lumē est animæ, ostium  
vitæ, fundamentum salutis æternæ.

Quæ est simplex Fidei regu-  
la & veluti summa?

**S**ymbolum Apostolorum, in duode-  
cim distinctum Articulos, quem-  
admodum & **XII.** extiterunt præci-  
pui illi post Christum Christianæ Fiz-  
dei fundatores, sacratissimi Apostoli.

Qui sunt symboli huius  
articuli?

**I.** **C**redo in Deum Patrem omnipo-  
tētem, Creatore cœli & terræ.

**II.** Et in Iesum Christum filiū eius vni-  
cum,

S Y M B O L O F I D E I . 3

cum, Dominum nostrum.

Qui conceptus est de Spiritu sancto, I I I.

natus ex Maria virgine.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, I I I I.

mortuus, & sepultus.

Descendit ad inferna, tertia die rez v.

surrexit à mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram v I.

Dei patris omnipotentis.

Inde venturus est iudicare viuos & v I I.

mortuos.

Credo in Spiritum sanctum. v I I I.

Sanctam Ecclesiam catholicam san*e*t IX.

& torum communionem.

Remissionem peccatorum. X.

Carnis resurrectionem. X I.

Et vitam æternam, Amen. X I I.

Quid sibi vult primus Sym  
boli articulus?

O Stendit nobis primam in Deitate  
personam, Patrem scilicet cœle  
stem & æternum, cui nihil factu im*e* Gene. 1.  
possibile sit vel difficile: qui solo ver  
C iiij bo tam

DE FIDE ET

hō tam visilia, q̄ inuisibilia cūcta pro-  
duxit ex nihilo: p̄ducta verò v̄sq̄ con-  
seruat atq̄ gubernat summa cū boni-  
tate ac sapiētia: à quo & ad quē oīa:  
in ipso viuimus, mouemur, et sumus.

Quid habet secundus articulus?

Cōmonstrat secundā in Deitate  
personā, Iesum nomine, hoc est,

Matth. 1.

Saluatorē populi sui, & Christum, id

Acto. 10.

est, vñctum, scilicet Spiritu sancto, ac

Ioan. 1.

plenū omni gratia & veritate, Mess-

Colos. 1.

siā, Regē et Pontificē nostrū, qui pri-

matū tenet in omnibus. Ostendit euna-

dem esse Filiū Dei vnicum, ab æternis

genitum, naturale, consubstatiālem,

Ioon. 10.

& prorsus æqualē Patri secūdum di-

Hebr. 1.

uinitatē. Dñm verò nostrū, & om̄ in

1. Tim. 4.

ipsū credētiū, vt quos ipse pditos vltro

Act. 4.

liberavit, ac liberalissimē redemit.

Nec enī aliud nomē est sub cœlo datū

hoībus, ī quo nos saluos fieri oporteat.

Quid credendum proponit  
tertius articulus?

Eundem

## SYMBOLO FIDEI 4

**E**Vnde testatur dñm, qui ab æterno  
genit⁹ à Deo Patre sine matre fuit  
ppter nos de cœlis descēdisse, et huma-  
nā assūpsisse naturā, quæ temporaliter  
et cōcept⁹ sit in Nazareth, et sub Au= **Lucæ 1.**  
gusto nat⁹ in Bethleem, idq; sine Patre, & 2.  
ex illibata Virgine sic ædit⁹, operāte,  
scilicet in illa, virtute Spiritus S. ut  
Verbū caro, et Deus homo fieret, atq;  
Maria simul Dei mater et virgo esset.  
Hæc incarnatio filij Dei nostra est  
quodāmodo regeneratio, ut maledicti **Iob 14.**  
Ad filij, de īmūdo cōcepti semine pu= **Rom. 8.**  
rificemur: tū ē carnalibus spirituales,  
ac planè filij Dei efficiamur in Chri=  
sto. Dedit enim potestatem filios Dei **Ioan. 1.**  
fieri, his qui credunt in nomine eius.

Quid cōtinet articulus quartus?

**O**Stendit Christum, ut hominem, **Isaiæ 53.**  
verè & extrema passum sub Pō= **Matt. 20.**  
tio Pilato, iniquo præside: Crucifixū & 27.  
itē, et mortuū et sepultū, cū esset alio= **Ioan. 1.**  
quin agn⁹ sine macula innocētissimus. **Heb. 7.**

C iiiij      Quæ

D E F I D E E T

Quæ Christi passio, sanguis, crux,  
vulnera & mors, peccatoribus confos-  
lationem, sanitatem, virtutem & vi-  
**Rom. 8.** tam continuè exhibent, si tamen pare-  
mus & cōpatimur capiti, ut ita simul  
**Hebr. 5.** & cōglorificemur. Cōsummatus enim  
factus est oībus obtēperātibus sibi, cau-  
sa salutis æternæ: ut Scriptura inquit.

Quid credendum profert  
quintus articulus?

**C**hristus docet, postquam mortuus  
esset in cruce, secundum animam  
quidem ad inferos usque penetrasse, tum  
ut mortis ac Sathanæ deuictore, tum  
ut Patrum in limbo sedētium libera-  
torem sese declararet. Secundum cor-  
pus autem, tertio post die cum Tri-  
umphantior ex inferis redire vellet, sua  
vi resurrexisse de sepulchro eundem,  
qui pro nobis pepedit in ligno, factum  
iam immortalem ac gloriosum, primos  
genitum, ex mortuis. Quo admirabili  
opere consolatur ac docet, eleatos libe-  
rari,

**Colos. 1.**

S Y M B O L O F I D E I . 5

rari, de potestate Sathanæ, mortis & inferni, eamq; resurgedi gratiam omnibus offert atq; commendat, vt verè credentes in Christum, resurgent de Rom. 6. vitijs ad virtutes, à morte peccati ad vitam gratiæ, in fine porrò seculorum omnium de morte corporis ad vitam immortalem. Si enim Christus resur= 1. Cor. 15. rexit, & nos resurgentemus.

Quid adfert sextus articulus?

A Bsoluto humanæ redemptionis operæ, Dominum Iesum ostendit, Act. 1. postquam rediuius ille suis apparuit, quadragesimo die in cœlum ascensus, vt secundum carnem exaltaretur Ephe. 1. super omnia. Sedet igitur Dominus Mar. 16. Iesus in cœlis ad dexteram virtutis Heb. 1. Dei, parem cum Patre potestate ex= Mat. 28. ercens, gubernans omnia, diuina maiestate prorsus resplendens, quod est nimirum ad patris sedere dexteram. Hæc laeta Christi ascensio, nostræ fidei ac spei certitudo est, vt quò caput pres

## DE FIDE ET

præcessit prostratis semel hostibus,  
eodem membra etiam, si capiti modo pa-  
**Hebr. 5.** reant & inhæreant suo, peruenientia esse  
**Ioan. 15.** maximè confidamus. Vado, inquit, pa-  
rare vobis locum.

Quid credendum exhibit se-  
ptimus articulus?

**P**roponit extremū Iudicij die, quā-  
do Christus in humana carne rur-  
sus descendēs, tremēdū aget Iudicem  
**Psal. 61.** totius orbis, & unicuique reddet secū-  
**Matt. 16.** dum opera sua, Iudicabit in sede ma-  
& 25. iestatis suæ ad unum omnes, probos ac  
**1. Thes. 4.** improbos, siue quos iudicij dies illa vi-  
uos adhuc in carne, siue ante a mortuos  
reperiet. Hic admonemur, ut eo cau-  
tius reflüssque vivamus, quò certius  
intelligimus, nostras & actiones, &  
cogitationes omnes versari semper ob  
oculos cuncta cernentis, & æquissimè  
**1. Pet. 17.** iudicantis. Adeò æquus & iustus est  
**1. Thes. 4.** scrutator ille cordium, & vindicta ini-  
**2. Cor. 5.** quitatū, ante cuius tribunal manife-  
stari

SYMBOLO FIDEI. 6

stari nos omnes oportet, ut unusquisque  
prout gesit suo in corpore, siue bonum,  
siue malum, ab illo recipiat.

Quæ est summa articulorū de se-  
cunda in Deitate persona?

**O**MNINO credi volunt, Christū ves-  
rū Deū & hominē esse, qui Res  
dēptionis humanæ opus perfecerit, ut  
idē sit ipse nobis via, veritas, & vita, Ioan.14.  
per quē saluati & liberati sumus. De  
cuius quidē redēptionis beneficio, ita  
præclarè scriptū est: Apparuit gratia Tit.2.  
Dei Saluatoris nostri omnibus homi-  
nibus: erudiēs nos, ut abnegātes impi-  
etatē & secularia desideria, sobrietē, et  
iustē, & piē viuamus in hoc seculo,  
expectātes beatā spē, & aduētū glo-  
riæ magni Dei, & Saluatoris nostri  
Iesu Christi: q̄ dedit semetipsum p̄ no-  
bis, ut nos redimeret ab oī iniqtate, et  
mundaret sibi populū acceptabilē, se-  
ctatore bonorū operū. Sic Apost. Paul. Ephe. 2.  
Et alibirursus idē: Ipsiū (Dei) sumus  
factura,

DE FIDE ET  
factura, creati in Christo Iesu, in ope-  
ribus bonis, que præparauit Deus, ut  
in illis ambulemus.

Quid docet octauus articulus?

**S**ubiungit tertiam in Deitate per-  
sonam, Spiritum sanctum: qui ex  
**Athan.** in Patre Filioque procedens, unus cum  
symbolo. utroque sicut verus, eternus, et aequalis  
Deus existit, ita eadem fide, parique  
cultu et honore ut illum quoque pro-  
**Ioã. 14.16** sequamur, necesse est. Hic ille para-  
cletus, et Doctor veritatis, qui corda  
credentium illustrat, purificat, sanctifi-  
ficat, et in omni sanctitate confirmat,  
**Rom. 8.** Hic est, qui et adiuuat infirmitatem  
**1. Cor. 12.** nostram, et singulis prout vult, varias  
donationes suas distribuit, impertitque.

Quid addit articulus nonus?

**O**stendit, Ecclesiam, id est, cun-  
ctorum Christi fidelium congre-  
gationem: pro qua Christus in carne  
**Cant. 4.** cuncta et fecit et pertulit, eamque pris-  
**Ephe. 4.** mo unam esse in fide, fideique doctrina,  
et ad-

# SYMBOLO FIDEI. 7

& administratione Sacramentorum.

Secundò esse sanctā, quia tum à Christo capite suo sanctificatur, tum à Spiritu sancto gubernatur. Tertiò Mar. 16. esse Catholicam, id est, vniuersalem, adeò ut omnes omnium temporum locorumque homines, qui modò in Christi fide ac doctrina conueniunt, uno quasi materno sinu excipiatis, concludatis, ac saluet. Quartò esse in eadem Ecclesia Ephe. 4. Sanctorum communionem, ut qui in Ecclesia, veluti domo Dei familiaque versantur, societatem quandam inter se, & unionem seruent individuum: et sicuti viuis corporis membra, se in unicem iuuent mutuis officijs, meritis orationibus. Apud hos est unitas fidei, doctrina consentiens, conformis usus Sacramentorum: qui etiam solliciti sunt seruare unitatem Spiritus in vinculo pacis. Extra quam communione (sicut extra Noë aream) nulla omnino salus mortalibus: non Iudeis aut Ethnicis, qui fidem Ecclesiae nunquam receperunt.

D E C H A R. E T

recepérunt: non Hæreticis, qui rece-  
ptam deseruerunt, vel corruperunt:  
non Schismaticis, qui pacem & vni-  
tatem Ecclesiæ reliquerūt: postremo  
neque Excommunicatis, qui qualibet  
alia graui de causa id meruerunt, vt  
ab Ecclesiæ corpore, ceu pernitoso  
quædam membra præscindantur, se-  
parētur. Atq; istiusmodi omnes, quo-  
niā ad Ecclesiā, eiūsque sanctā com-  
munionē non pertinent, sanè diuinæ  
gratiæ & salutis æternæ non possunt  
esse participes, nisi Ecclesiæ, à qua suo  
illi vitio sunt semel auulsi, primū re-

De simpli. concilientur, atq; restituātur. Certa  
prælator. estenim Cypriani & Augustini re-  
Lib. 4. de gula: Non habebit Deum patrem, qui  
symbolo. Ecclesiam noluerit habere Matrem.

Quid proponit articulus  
decimus?

Luc. 24. R Emīssōne peccatorū, quæ in Cœ-  
tholica duntaxat Ecclesia virtus  
te Dominicæ passionis confertur. Ea  
nobis

## SYMBOLO FIDEI. 8

nobis per ecclesiæ Sacramēta donatur Acto. 2.  
¶ accipitur, ut proinde nulli quātū= Ioan. 20.  
uis facinoroſo, quē modō peccatorum Ezech. 18  
ſuorū pœnitentia, diffidendū ſit vñq̄ de 1. Tim. 2.  
parata ſibi gratia, et exposita mīa dei.

Quid habet vndecim<sup>o</sup> articulus?

Carnis resurrectionem, quæ in no= Iob 19.  
uiſimo die bonis malisque con= 1. Cor. 15.  
tinget, quando ante Christi tribunal 2. Cor. 5.  
in carne cuncti apparebimus, ut reci-  
piat vnuſquisq; prout geſſit in corpo-  
re ſuo, ſiue bonū, ſiue malū. Et proce= Ioan. 5.  
det, qui bona fecerūt, in resurrectionē  
vita: qui verò mala egerūt, i resurre= Mat. 25.  
tionē iudicij, et in suppliciū aternū.

Quis est poſtemus articulus?

Iſt̄, qui oſtēdit bonis vitā aternā  
effe propositā, quæ ab omni malorū  
ſenu et metu procul abſit, et cæleſtie  
bus ſine fine gaudijs abundet. Vnde Luc. 12.  
Christus: Nolite timere puſillus  
grex, inquit, qacō placuit Patri ve-  
stro dare vobis regnum. De quo & in  
extrema

## DE FIDE ET

Mat. 25. *extremo Iudicij die dicet eleētis: Ve-*  
*nite benedicti Patris mei, possidete*  
*paratum vobis regnum à constitutio-*  
*ne mundi. Adiicitur demum clausula*  
*isthæc āmē, ut fidei et cōfessionis hui⁹*  
*Christianæ testimonium apud nos in-*  
*dubitatu⁹ esse ac solidū, demonstretur.*

*Quæ est summa omnium Sym-*  
*boli articulorum?*

C  
Orde credo, & ore simul cōfiteor,  
Dominū Deum, quo nihil aut ma-  
ius, aut sapientius, aut melius potest  
excogitari, eundem & vnum in essen-  
tia/ea natura diuina, & trinam in  
Personis esse, utpote Patrē, & Filiū,  
& Spiritū sanctū, ita ut hi tres  
vnum sint, unus, verus, æternus, im-  
mensus & incomprehensibilis Deus:  
Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt  
omnia. Huic sanctissimæ simul & ins-  
dividua Trinitati respondent partes  
Symboli tres præcipue: Prima de Cre-  
atione, Secunda de Redemptione, Tera-  
tia de

1. Ioan. 5.

Rom. 11.

## SYMBOLO FIDEI. 9

tia de Sanctificatione. Deus Pater  
conditor uniuersorum. Deus Filius  
Redemptor hominum. Deus Spiritus  
sanctus Ecclesiæ seu Christi fidelium,  
sanctificator, custos & rector.

Est ne satis Christiano ea sola crea-  
dere, quæ complectitur Symbolū?

Primum ea quidem, quæ Symbolo  
tradūtur, cuius credēda, & aper-  
tè profitenda sunt. Secundò & illa,  
quæ simul vniuersa scriptura Diuina 2. Pet. 1.  
seu Canonica complectitur. Tertiò Tertul. de  
itidem, quæ partim ex Symboli arti-  
culis, partim ex scripturis eisdem, ve-  
lut fontibus ritè deducuntur. Quar-  
tò & illa pro sacro sanctis habenda,  
firmissimam fide retinenda sunt, quæ  
Spiritus sanctus credēda nobis reue- Mat. 18.  
lat, pronuntiatam per Ecclesiam. Circa 1. Tim. 3.  
hæc enim omnia Fides Christiana  
versatur: qua demum certò & citra  
hæsitationem ullam credimus, quæ  
cum à Deo salutis nostræ causâ reue-

D lata

DE SPE ET

Ioan. 16. latasunt ecclesiæ, siue scripto illa, siue  
2. Thes. 2 viuæ vocis traditione nobis cōmēden-  
1. Ioan. 2. tur. Qua de re postea dicetur fusiōs,  
Cap. IIII. cūm ad Ecclesiæ præcepta ventū erit.

De Spe & Oratio-  
ne Dominica. Caput II.

Quid est Spes?

1. Cor. 15.  
Rom. 5.  
Tit. 2.  
1. Pet. 1.

2. Cor. 1.  
1. Ioan. 3.  
1. Cor. 2.  
Tit. 2.  
Ephe. 2.  
2. Pet. 1.

**V**irtus est diuinitus infusa,  
per quam certa cum fiducia,  
nostræ salutis & æternæ via  
tæ bona expectantur. Cuiusmodi qui-  
dem expectatio primùm ex magnitu-  
dine gratiæ per Christum nobis pare-  
tæ & exhibitæ: deinde verò ex testi-  
monio conscientiæ ac voluntatis bonæ,  
qua Dei gratiæ cooperamur, proue-  
nit, ut sectatores etiam non ignauis-  
mus bonorum operum, quæ Deus præ-  
parauit, ut in illis ambulemus, cera-  
tamq; vocationem & electionem nos-  
stram per ea ipsa faciamus.

Quæ

ORAT. DOMIN. 10

Quæ sunt nobis speranda?

Propriè quidem, & præcipuè bona Mat.6.  
illa Regni cœlestis, quæ nos verè 1.Petr.1.  
beatos faciūt: generatim autem, quæ Mar.11.  
cungregatè desiderantur vel petuntur Luc.11.  
à Deo, in eum modum scilicet, quem  
Dominica nobis commendat Oratio.

Quæ summatim in Dominica  
oratione tractantur?

Septem in ea petitiones proponuntur,  
ad quas referri omnes omnium August. in  
orationū species & formæ debet, siue Encbi. cap.  
pro expetendis bonis, siue pro delendis  
peccatis, siue pro auertendis malis dis  
uinā opem imploramus. In prioribus  
autem tribus petitionibus æterna pos  
scitur: in reliquis quatuor etiā tem  
poralia, quæ tamē propter æternacōn  
sequendas sunt nobis necessaria.

Recita per partes orationem  
Dominicam.

Pater noster qui es in cœlis. Matt.6.  
Sanctificetur nomen tuum. 1.

Dij Adue-

DE SPE ET

- III. Adueniat regnum tuum.  
III. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.  
III. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.  
V. Et dimitte nobis debita nostra, sicut, et nos dimittimus debitoribus nostris.  
VI. Et ne nos inducas in tentationem.  
VII. Sed libera nos a malo, Amen.

Quid sibi vult initium orationis,  
Pater noster qui es in cœlis?

¶ **P**rofati uncula est, & nos memores reddit summi beneficij, quo Deus Rom. 8. Pater in cœlis perfectissime regnans, Galat. 4. nos hic recipit in gratiam, & propter Christum Filium in suos quoque filios, & regni cœlestis heredes per Spiritum sanctum adoptauit. Quæ tanti beneficij memoria non solum attentationem excitat, sed etiam ad redamandum Patrem, prouocat filios: ad ordinum vero impetrandoque auget fiduciam.

¶ **Q**uis est sensus primæ petitionis?  
In no-

O R A T. D O M I N . II

**I**N nobis, & æquè in omnibus alijs,  
promoueri semper & augeri petitio-  
mus, quicquid ad gloriam summi opti- 1. Cor. 10.  
mūq; Patris nostri spectat. Id vero fit  
maxime, quum veræ fidei confessio,  
& Christianæ vitæ conuersatio suam  
in nobis vim exerit, vt inde alij quoq; Matth. 5.  
glorificant Patrem.

Quid continet secunda petitio?

**P**Etimus, vt solus Deus per gratiā Rom. 5.

& iustitiā regnet in Ecclesia sua,  
imò & in mundo vniuerso, eiectis dea-  
num hinc aduersarijs potestatibus,  
& cupiditatibus malis omnibus, quo-  
ad fieri potest. Rursum hic optamus 1. Pet. 2.  
& precamur, vt ex hoc mundo, veluti Iob 7.  
è graui peregrinatione militiaq; vo-  
cati, quamprimum transferamur ad Rom. 8.  
regnū glorie, et felicitatis æternæ, vt Mat. 25.  
cū Christo in sempiternū regnemus.

Quid includit tertia petitio?

**R**Ogamus, vt sicut in cœlo angeli  
& Beati omnes, ita nos quoque in Psal. 102.  
D iij terris,

DE SP E E T

terris, quamvis fragiles, exacta Deo  
1. Pet. 4. præstemus obedientiam, nihil habens  
Matth. 26 tes prius, quam ut diuinæ voluntati  
subijciamur, & cōformemur per om-  
nia siue in prosperis, siue in aduersis.

Quid habet quarta petitio?

Jacobit. AB omnis boni authore ac fonte,  
Psal. 39. uti pauperes & mendici, deside-  
Prou. 30. ramus, quæ ad vitam hanc corporis  
2. Tim. 6. quotidie sustentandæ sunt satis, ut vis  
etū scilicet, ac vestitū. Præterea quæ  
ad vitā animæ promouēdā faciūt, hic  
Matth. 4. expetimus: veluti verbū Dei animæ  
Ioan. 6. pabulum efficax, sacro sanctā Eucha-  
ristiam, cæteraq; salutifera Ecclesiæ  
Sacramenta, quæ pascunt, curant, &  
confortant hominem interiorem.

Quo pacto intelligitur quina-  
ta petitio?

HIC petimus, à labe peccati, quoniam  
nihil fædius, nihil animæ pestilens  
tius est, clementer expurgari, & ea  
ipsa quæ peccando contraximus, dea-  
bita

bita relaxari. Addita verò est conditio, ne alioquin peccatio frustranea efficeret nos videlicet vindictæ cupiditatē deposuisse, cum proximis in gratiam redijisse, & cuius ex animo noxiam omnem cōdonasse. Hoc est, quod alibi dixi: veritas: Dimittite, & dimittetur Luc. 6.  
Votis. Et iterum: Si nō dimiseritis hominibus Matth. 6.  
minibus, nec Pater vester dimittet vobis debita vestra.

Quid continet sexta  
petitio?

**Q**uoniam præsens hæc vita perinde 1ob. 7.  
ac militia est super terram, dum Iacobi 1.  
varijs temptationibus semper impugnatur Galat. 5.  
murus à Mundo, Carne, & Sathanæ, id Ephe. 6.  
circo piè solliciti Diuinā imploramus 1.Ioan. 2.  
opere, nō modò ne succubamus hisce aduersarijs, atque succubendo dñemur,  
sed etiam ut Sathanæ resistamus fortiter Iacobi 4.  
contemnamus Mundū, castigemus carnem 1.Petr. 5.  
ut inuidi milites Christi. 2.Tim. 2.

D iiiij Quid

D E S P E E T

Quid est in septima & po-  
strema petitione?

PRecamur ad extremum, ut huic  
seculi calamitatibus, quibus exere-

Tobiæ 2. centur etiam pīj, non sīnat nos Deus  
Eccles. 27 perdi, & euerti cum impijs, sed vt  
1. Tim. 2. benignitate sua nos liberet ac tue-  
tur, quatenus saluti nostrae congrut,  
ab omni malo tū corporis, tū anime,  
siue in hac vita, siue in futura. Clu-  
dimus totam precationem hac vna vo-  
ce Amen, Ut comprobemus nostram  
in orando simul & impetrando fidu-  
ciam, tū propter Christi promissio-

Luc. 11.

nem: Petīte, inquit, & accipietis. tū

Rom. 10. propter Patris erga nos immēsan cle-

1. Tim. 2. mentiam, & propensam in omnis mis-

Ezech. 18 sericordiam.

Quæ est summa orationis  
Dominicæ?

Augustin. Formulam absolutam continet non  
serm. 182. solū orandi ac postulandi bona,  
de temp. verumetiam deprecandi itidem ac fu-  
giendi

giendi mala quælibet. Inter bona verò primum est illud expetendum, ut Pater cœlestis ab omnibus semper & ubique glorificetur: deinde vero, ut illius Regni participes efficiamur: tu ut ea nobis media suspetat, quibus ad Regnum Dei commodè peruenitur: ut est, ex parte animæ quidem nostræ, voluntati Diuinæ nos conformare: ex parte vero corporis, vietū haberemus necessarium. Adduntur secundo loco, quæ ad mala depellenda ritè postulantur, in primis quidem, ut absint peccata, bonorum omnium corruptio: tentationes itidem, quæ nos ad peccata impellant ac pertrahant: ad extremum vero deprecamur calamitates siue presentis siue futuræ vitæ. Reliquæ de Oratione in eum reseruabuntur locum, quo bonorum operum generatio plicia declarabuntur.

De Sac

DE ANGELICA  
DE SALVATIONE  
ANGELICA.

Cur Deiparā virginē salutamus?

Luc.1.

**P**rimū Euangelicis verbis & exemplis permoti, id facimus, quando nos sic docēt afflati Diuino spiritu magnus Gabriel Archangelus, & Praecursoris Domini mater sancta Elizabeth. Deinde cōfirmat nobis hanc salutandi formulam v̄sus & consensus Ecclesiæ perpetuus, quem sancti Patres & Maiores in hūc v̄sz diem religiosissimè obseruarunt.

Quem fructum ex hac salutatione consequi possumus?

**H**is verbis admonemur summi beneficij, quod per Mariam Deiparam æternus Pater inchoare voluit in Christo, & mūdo ad redimēdū genus humanū exhibere. Quare post pia vota, quæ in precatione dominica Deo cōmendauimus, hic acceptæ per Christum

## SALVATIONE. 14.

stum gratiæ memores, non modo Christi  
Matrem, sed etiam Deum Patrem Psal. 150.  
in eadem Virgine Deipara laudamus,  
& collatentes Angelis dicimus: Ave Luc. 1.  
Maria gratia plena, Dominus tecum,  
Benedicta tu in mulieribus, & benedictus  
fructus ventris tui Iesus Christus:  
Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus Amen. Ex traditione Ec-

Quis est horum verborum sensus?

Primū iure gratulamur, & gratua  
lādo predicamo eā quæ nobis Euam  
alterā praesttitit, duVæ maledictionis, Gene. 3.  
quod illa prior mundo intulit, hæc par- Irine. 4. 3.  
eu suo ter fælici nosustulit modo, sed  
etiā maledictionē filiorū Adæ vertit  
in benedictionē ppetuā. Gratia plena. Hieron.  
Talibus namque decebat Virginē oppigue de assum.  
norare muneribus, vt esset gratia ple= Virg.  
na, quæ reddidit cœlis gloriam, terris  
Deū pacē refudit, fidē gentibus, fine  
vitij, vitæ ordinem, moribus discipli-  
nam: Breuiter, talis Maria fuit, vt Ambro-  
eius

DE ANGELICÆ

eius unius vita omnium disciplina sit.

- August. Dominus tecum. Tecum in corde, tecum in ventre, tecum in utero, tecum in auxilio, tecum ante partum, in partu, & post partum: quia & virtus patris ob umbravit tibi, & Spiritus sanctus superuenit in te, & Verbum caro factum ex te processit, tanquam sponsus de thalamo suo. Benedicta tu in mulieribus. Quia virginitate sponsa, simul & fœcunditate Mater existis: quam proinde summo iure beatam dicunt, semperque dicent omnes generationes. Mulier tota pulchra et immaculata, virgo ante partum, in partu, & post partum, semper incorrupta, ab omni peccati labe libera: super cœlos omnes exaltata, quem nec minus viuificando profuit, quam in felix Eua obfuit mortalibus occidendo. Et Benedictus fructus ventris tui Iesus Christus. Ut qui ex Mariaradice velut flos ascensdens, et ipse quodammodo terræ fructum se præstítit, & æternæ salutis fructum ita
- Luc. 1. Ieron. contra Heluid. August. de natu. & grat. Esa. 11. Esa. 4. Iohn. 15.

SALVATIONE. 15

ita membris suis, sicut vitis palmitis  
bus succū et vigorem, suppeditat. Ve= Luc.11.  
rē beatus venter, qui portauit & cedi-  
dit mundo Saluatorem. Verē beata vi-  
scera, quæ de cœlo plena Filium Dei  
lactauerunt. Et additur demū ab Ec-  
clesia, Sancta Maria Mater Dei ora  
pro nobis peccatoribus. Quippe san-  
ctorum Patrum vestigijs insistentes,  
præterquam quod laudabilem, & ad-  
mirabilem illam Virginem, quæ sicut  
liliū est inter spinas salutamus: eadē Cant.2.  
præterea virtute Dei auctā esse tan-  
ta credimus atq; profitemur, ut possit  
prodesse, fauere, annuere misericor-  
talibus, dum hi præsertim jē, suaque  
vota illi ex fide commendant, ac Di-  
uinam gratiam, gratiæ Matris in-  
tercessione supplices expetunt.

CHRYSOSTOMVS: Ut verē In Litur-  
dignum & iustum est glorificare te glia.  
Deiparam, & semper beatissimam, et  
penitus incontaminatam Matrē Dei  
nostrī, honoratiorem Cherubin, &  
glo-

DE ANGELICA  
gloriosiorem incomparabiliter Sera-  
phin, quæ citra corruptionē Deū pepe-  
risti: verè Deiparā te magnificamus.

Lib. 2. de  
uirginita. Ambrosius: Sit nobis tanquam in  
imagine descripta, virginitas, vitaq;  
beatæ Mariæ, de qua velut speculo,  
refulget species castitatis, & forma  
virtutis. Quid nobilius Dei Matrē?  
quid splendidius ea, quam splendor  
elegit? quid castius ea, quæ corpus si-  
ne corporis contagione generauit?

In serm.  
de Assum.  
Virg. Augustinus: Sancta Maria succur-  
re miseris, iuua pusillanimes, refoue  
flebiles, ora pro populo, interueni pro  
clero, interueni pro deuoto fæmineo  
sexu, sentiant omnes tuum leuamen,  
quicunque celebrant tuū nomen. Neq;  
enim dubiū, quæ meruit pro liberan-  
dis proferre pretium, posse plus omni-  
bus liberatis impendere suffragium.

De laud.  
Mariæ. Bernardus: Virgo Rēgia ipsa est  
via, per quam Saluator aduenit, pro-  
cedens de ipsis vtero, tāquam Spons  
Psal. 118. sus de thalamo suo. Per te accessum  
habeat

SALVATIONE. 16

habeamus ad Filium ô benedicta in-  
uentrix gratiae, genitrix vitae, mater  
salutis, ut per te nos suscipiat, qui per  
te datus est nobis.

De charitate &

Decalogo. Cap. III.

Quid est Charitas?

**S**incerā dilectio, qua Deus pro<sup>s</sup> Mat. 12.  
pter se diligitur, & proximus Luc. 10.  
propter Deum. Diligēdus enim  
præcipue est Deus in omnibus, & su<sup>s</sup>  
per omnia, & propter se solum, ut qui  
summum eternumq<sup>ue</sup> bonum est, quod Psal. 115.  
solum nostros explet animos: cuius Prou. 16.  
amor & honor, nisi sanè sumus ingra-  
ti, nostræ tum voluntatis, tum actio<sup>n</sup> 1. Cor. 10.  
nis omnis initiu<sup>m</sup> & scopus esse debet.

Deinde propter Deum amandus pro= Luc. 10.  
ximus, hoc est, omnis homo, quod in= Mala. 2.  
ter nos omnino simus proximi, secundū Ephe. 2.  
eiusdem scilicet humanæ naturæ, nec 1. Petr. 1.

non

DE CHAR. ET  
non Diuinæ gratiæ, cōmunicationem.

Quod sunt charitatis præcepta?

Dico quidem summaria: Primum  
de diligendo Deo, sic in veterino-

Deut. 6. uaque Lege propositum: Diliges Do-

Matt. 22. minum Deum tuū ex toto corde tuo,

Luc. 10. & ex tota anima tua, et ex tota men-

te tua, et ex omnibus viribus tuis.

Hoc est primum et maximum manda-  
tum. Secundū autē simile est huic,  
Diliges proximū tuum sicut teipsum.

In his duobus præceptis vniuersa  
Lex pendet et prophetæ, inquit ipsa  
Veritas. Et rursus per Apostolum.  
Plenitudo Legis est dilectio: et, Finis  
præcepti est charitas de corde puro, et  
conscientia bona, et fide non ficta.

Quo indicio se prodit Syn-  
cera Charitas?

1. Ioan. 5. Hec est Charitas Dei, ut mandata  
eius custodiamus, et mādata eius  
grauia non sunt, inquit Ioannes ille  
Christo dilectus. Tum Christus ipse  
docet:

DECALOGO. 17

docet: Si diligitis me, mādātā mea ser-  
uāt. Qui habet mandata mea, & ser-  
uat ea, ille est, qui diligit me. Qui au-  
tem diligit me, diligitur à Patre meo,  
& ego diligam eum, & manifestabo  
ei meipsum. Qui non diligit me, ser-  
mones meos non seruat.

Cæterum hæc ipsa Dei mandata in  
Decalogo maxime cernimus.

Quo pacto recensentur man-  
data Decalogi?

Ita in Exodo legimus. Exod. 20.  
Ego sum Dominus Deus tuus. Leuit. 19.  
Nō habebis deos alienos corā me. Nō I.

facies tibi sculptile, vt adores illud.  
Non assumes nomen Domini Dei tui II.

in vanum.  
Memēto, vt diē Sabbathi sanctifices. III.

Honora patrem tuū et matrem tuam, III I.  
vt sis longævus super terrā, quam  
Dominus Deus tunc dabit tibi.

Non occides. V.

Non Mæchaberis. V I.

E Non

DE CHAR. ET

- VII. Non furtum facies.  
VIII. Non loqueris cōtra proximum tuum  
falsum testimonium.  
IX. Non cōcupisces uxorem proximi tui.  
X. Non domum, non agrum, non seruum,  
non ancillam, non bouem, non asinum,  
& vniuersa quæ illius sunt.

Quid sibi vult hoc exordium:  
Ego sum Dominus  
Deus tuus?

**D**ecalogum exorditur Deus à nobis  
titia sui, & ab insinuatione Ma-  
iestatis suæ, ut certa quædam, & sa-  
cro sancta hinc legibus authoritas cō-  
stet, Nempe tam serior nobiscum agitur,  
ut si unquam salui esse velimus, hic ve-  
lut in clarissimo speculo, Diuinæ Ma-  
iestatis voluntatem certam contem-  
plemur, agnitamque Legem illam san-  
ctissimam, adiuuante Christi spiritu,  
accuratè seruemus. Nec enim præci-  
pit solum, sed benedictionem quoque pro-  
mittit, & opere tribuit noster Legisla-

Rom. 8.

Psal. 83.

t. 12.

tor. Spiritū meū, inq̄t, ponā in medio Ezech. 36  
 vestri, et faciā, vt in p̄ceptis meis am-  
 bulletis, & iudicia mea custodiatis, et  
 operemini. Quare cū Christus etiam  
 præcepisset: Tollite iugū meū sup̄ vos, Matt. 11.  
 ne q̄s causaretur difficultatē adiecit:  
 Iugū enī meū suave est, et onus meum  
 leue: ijs videlicet, qui gratiæ spiritu 2. Cor. 6.  
 imbuti, in charitate nō ficta ambulat.

Quid complectitur in se pri-  
 mum præceptum?

Prohibet ac damnat idololatriā, ob- Leuit. 19.  
 seruationes superstitiosas, vsum Esa. 40.  
 etiam artis magicæ vel diuinatoriæ. Deut. 18.  
 Rursus docet atq; exigit, vt nullā pror Eccle. 34.  
 sus creaturā quātūuis excellentē pro  
 Deo habeamus. Solū autē, vnu, verū, Mar. 12.  
 æternū, immensumq; Deum credamus 1. Cor. 8.  
 et cōfitemur, Cui vni tribuatur sum-  
 mus & singularis ille cultus, quem  
 Græci λατεριόν appellat. Hoc fit, vt Deut. 6.  
 sup̄ oīa colam, inuocemus, adoremus, Matth. 4.  
 sumū illud bonū Opt. Max. Creatorē,  
 E-ij Redem-

DE CHĀR. ET

**Isa. 44.** Redemptorem, Saluatorem, unum &  
**Oze. 13.** immortalem Deum, qui est super om-  
**Ephe. 4.** nes, et per omnia, et in omnibus nobis.

Quomodo præter Deum san-  
ctos colimus et inuocamus?

**Lib. 20.**  
**contra**  
**Faustum.**

R Eſpondet Augustinus: Populus  
Christianus memorias Martyrum  
religiosa ſolēnitate concelebrat, & ad  
excitandam imitationem, & ut merita  
tis eorum cōfocietur, atq; orationibus  
adiuuetur. Quod autem hic de Mar-  
tyribus dicitur, ad omnes etiā sanctos  
cum Christo regnantes ſpectat, Non  
illos quidem uti Deos Ethnicorū mo-  
re colendos, neq; perinde ac Deum fan-  
tum Sanctorū, ſed lōgē inferiore mo-  
do & gradu: utpote velut amicos, fi-  
lios haeredesq; Dei, et cohæredes Chri-  
ſti electissimos atq; beatissimos, vene-  
randos. Qui præterea noſtræ ſaluti eo  
1. Co. 13. ſtudent, fauentq; impensiū, quo ſunt  
2. Cor. 5. in omni charitate, in omni virtute, ac  
cœlesti gloria perfectiores, quam hic  
eſſe

**Damas.**

**lib. 4.**

**Rom. 8.**

**1. Co. 13.**

**2. Cor. 5.**

esse in carne potuissent. Sicut igitur August.  
 infra Deū, illos plusquā vllos inter= lib. 20. cō  
 ra mortales recte amamus, ita eosdem traFaustū  
 tali, tantaq; dignitate auētos honora= Amb. li. 1.  
 mus etiam, atq; pro Christiana pietatē de uiduis.  
 te inuocamus: Hac tamē cautione sem Euse. li. 4  
 per addita, vt suis honos, summisque Hiero. ad  
 cultus, quem λατρείαν esse diximus,  
 summo Deo et Mediatori Christo de= Riparum  
 bitus, integrē conseruetur. Bass. de  
 tyribus.

Quod autem hunc in modum San=  
 ētos inuocamus, adeò Christi Saluato=  
 ris & Domini nostri gloriam nō ob= scurat, vt etiam magis ac magis illus= stret, amplificet, augeatq;. Hic enim eximia Christi redemptoris virtus  
 splendescit, ac gloria, quod is nō quidē Psal. 67.  
 in se tantum, sed in sanctis etiam suis  
 est, apparetq; potens, glorioſus, mira= Ioan. 12.  
 bilis: Quod eosdē honorat ipſe, nimisq; Psal. 115.  
 honorari vult in cœlo & in terra: Chryſoft.  
 Quod per hos itidem, & propter hos Homi. 41.  
 multa largitur, & parcit ſæpe imme= in Gene.  
 rentibus, vt in Abraham, Iſaac, Ia= Gene. 26.

E iij cob,

D E C H A R . E T

Exod.32. cob, David, Hieremia cernimus, qui  
4.Reg.19 etiā defuncti viuis profuisse legūtur.  
2.Mac.15 Vnde Patres, quum de Sanctis lo-  
Basilius. quuntur suffragatores eos, & inter-  
Chrysost. cessores, Patronosque nostros frequē-  
Augustin. ter appellat. Nec immiterit sanè, quod  
Ambro. Sanctorū fida suffragia, quū humili-  
Bernard. ter & piè in Christi nomine implorā-  
Theoph. tur, experientia teste multis opitulen-  
in Paul. tur. Haec fuit iam olim Ecclesie Ora-  
Chrysost. thodoxæ, sicut & nūc est, erga Sacerdos-  
in missa. cestas pietas, hæc doctrinæ veluti per  
Hierony. manus ad nos transmissam, & sacris  
contra Vigilan. itidem Synodis, Patrumq; cōcordibus  
6.Synodus sententijs, & indubitatis exemplis  
9. & 2. confirmatam retinent Catholici: ob-  
Nicena: strepant licet Vigilantiani iam olim  
Euseb. condemnati.  
Niceph.

Pugnatne cum hoc primo prece-  
pto vsus receptus imaginū  
Christi atq; sanctorū?

Baruc.8. **H**aud quaquā: quianō, sicut Eth-  
Deut.4.5. hic solent, adoramus sculptilia,  
ligna

ligna, lapides, perinde ac deos quosdā Leuit. 19.  
(id enim hoc præcepto cauetur maxi-  
mè) sed more Christiano, et mente pia  
veneramur illic Christum ipsum &  
Sanctos, ubi per imagines propositas  
nobis repræsentantur. Ita tum præ= Greg. lib.  
sens, tum Vetus Ecclesia summo conz 6. Epis.  
sensu docet, commendans nobis pias et  
venerandas imagines, ut quarū usum Damasc.  
Apostolica etiam traditione cōmēda= lib. 4.  
tū accepimus, & sacro sancta Patrum  
Synodo approbatum retinemus. Synod. 7.

Quapropter damnatus est error Nycens.  
Iconoclastarum: non distinguentium  
scilicet, inter simulachra Deorum,  
& Imagines Christi atque sancto-  
rum. Neque rationem isti habent  
temporis gratiæ, seu nouæ Legis, quo Philip. 2.  
Deus homo factus imaginem simili-  
tudinemque suam initio à se creatam  
ipse induit, atque in ea se nobis re-  
præsentauit.

Quid nobis præscribit secun-  
dum præceptum?

E iiiij Probiæ

D E C H A R . E T

- Levit. 19. Prohibet abusum Diuini nominis  
Zach. 8. et irreuerētiā, Ut quæ cōmittitur  
Eccl. 23. à periuris, blasphemis, & per Deum,  
Sanctos vel sacra temerē iurantibus,  
contra illud: Sit sermo vester, est est,  
Matth. 5. non non. Requirit autem, ut iuxta  
Iacobi 5. rectum linguae vsum ingentē reueren-  
tiam Diuino nomini exhibeamus, iu-  
Psal. 14. ramenta seruemus, tum Verbum Dei  
trahemus reuerenter.

Quid imperat tertium præceptum?

- Exod. 31. Postulat Sabbathū, seu diē festum  
Levit. 23. in Ecclesia, pijs operibus trāsigi.  
Hier. 17. Vult igitur, ut animus tūc ad sit curis  
vacuus, qui se liberē transferat ad  
cultum interiorem et exteriorem Deo  
præstandum in fide, spē & charitate:  
Vult, ut expediti Diuina meditemur  
beneficia, trahemus sacra, oremus &  
adoremus Deum publicē cum alijs in  
spiritu & veritate. Prohibet au-  
tem diebus festis laborare, & occu-  
pationibus deditum esse prophani:  
Ut otio

DECALOGO. 21

Ut otio sancto vacemus, adeundo De conse-  
templum, & audiendo publicum distinct. 1.  
Ecclesiæ sacram seu missam, & sta. & 3.  
tam concionem, quemadmodum hoc  
præceptum Ecclesia interpretatur.

Quæ summa est horum trium  
præceptorum?

Hæc tria priora quidem præcep-  
pta, quæ sunt primæ tabulæ, nos  
eò instituunt, ut verum Deo cultum  
præstemus, interiorem scilicet & ex-  
teriorum. In corde, ore, & opere. Pri-  
uatum et publicè. Reliqua septem  
quæ porrò sequuntur, præcepta dicū-  
tur secundæ tabulæ, in hoc addita, ut  
nostrū erga proximū officiū explicēt.

Quid proponit & iniungit  
quartum præceptum?

Dacentur hic tū filij, tum subditi, Ephe. 6.  
quid suis debeant parentibus et Rom. 13.  
maioribus, id est, omnibus qui digni- Hebr. 13.  
tate et potestate quadam præcellunt, 1. Tim. 2.  
sive in politicis, sive in Ecclesiasticis 1. Pet. 5.  
magis

D E C H A R. ET  
magistratibus gerendis. Debent autē  
bis ipsis tum interiorem, tum exterio-  
rem quandam reuerentiam & obser-  
uantiam, opem itidem & obedientiā.  
Ex regione cauetur, ne quacunque ra-  
tione vel offendamus, vel cōtristemus  
personas eiusmodi sublimiores, siue  
verbis id fiat, vel signis, siue factis.

Quid includit quintum  
præceptum?

Matth. 5.

Deut. 5.

Rom. 12.

Ephe. 4.

Colos. 3.

N

On solum externā prohibet cæ-  
dem, & vim omnem, quæ corpus  
& vitam lœdit proximi, sed etiā ex-  
cludit iram, odium, rancorem, indigna-  
tionem, & quosuis internos affectus  
ad proximi lœsionem propensos. Rea-  
quirit verò animi mansuetudinē, hu-  
manitatem, clementiam, comitatem,  
beneficentiam: ut iniuriarum facile  
obliviscamur: nō expetamus vindictā  
sed condonemus nobis iniūcē offensas,  
sicut in Cbristo Deus nobis donauit.

Quid habet sextū præceptum?  
Prohibe

Prohibet fornicationē , adulteriū , Matth.5.  
 & oēm cōcubitū illegitimiū , ac im= 1.Cor.6.  
 purā qualecunque libidine . Caueri prae= Matth.5.  
 terea & præscindi vult occasiones , Ephe.4.  
 quæ carnis libidinē irritant ac fouēt , & 5.  
 vt sunt obſcēna verba , cantilenæ in= 1.Pet.3.  
 honestæ , gestus minimè casti . Requi= 1.Thes.4.  
 rit ex aduerso fidem in coniugio , tum Hebr.13.  
 pudicitia omnem siue cordis in cogita= Tob.4.  
 tionibus et desiderijs , siue corporis in Esaiæ 30.  
 lingua , facie , oculis , auribus , tactu , Eccle.9.  
 atque in omni demum habitu , cul= 1.Tim.2.  
 tuque corporis . 1.Pet.3.

Quid docetur in septimo  
 præcepto?

Prohibetur hic omnis rei alienæ il= licta cōtreūatio , & usurpatio : Si= Ephe.4.  
 cut profurtū , rapinā , usurpas , lucra in= 1.Cor.6.  
 iusta , dolū malū , et quosuis cōtractus Luc.6.  
 quibus Christiana charitas leditur , ac 1.Thes.4.  
 proximo fraude circuuenitur . Exigit è 1.Thes.4.  
 regione hoc præceptū , vt in omnine= Luc.6.  
 gotio seu cōmertio in uiolata seruetur Ezech.18.  
 aequi=

D E C H A R. ET  
æquitas, & proximi utilitas, sic ubi  
se offerat occasio, promoueatur.

Quid in octauo præcepto com-  
prehensum est?

Exod. 23 Prohibemur eo falso, dolosum ve  
Leuit. 19 testimonium in quenquam profer-  
Deut. 5. re, Et quoquo modo proximi causam  
16. 19. 27 in iudicio subuertere, vel etiam extra  
Prou. 12. iudicium famam illius laedere: Ut sa-  
Pro. 4. 24 nè fit à susurronibus, detractoribus,  
Iacobi 4. maledicis, adulatoribus. Breuiter,  
1. Pet. 2. omne mendacium, et omnis linguae con-  
Ephe. 4. tra proximum abusus hic excluditur.  
Iacobi 3. Docemur interim de proximo benè et  
Ephe. 4. commode loqui, nempe ad illius defen-  
Prou. 17. sionem et utilitatem sine fuso, simua-  
18. Matth. 12 latione, insidiis ve.

Colos. 3. Duo postrema præcepta quid  
Ephe. 4. continent?

Deut. 5.

Eccle. 5. V Etant concupiscentiam uxoris ac  
Matth. 5. rei alienæ: ut non solum ab uxore  
1. Thes. 4. aliena, illicitis commercijs, et aperta  
externa iniustitia nos abstineamus,  
sed

D E C A L O G O .

23

sed ne voluntate quidem noceamus  
cuiquam, aut nocere deliberemus.

Exigit igitur vtrumq; hoc præceptū Iacobi 1.  
cordis sinceritatem, et benevolentiam Esaiæ 1.  
erga omnes integrum, vt quæ in rem Ephe. 4.  
& salutem proximi sunt, optemus ex Colos. 1.  
animo, neque cupiditati vñquā cū lez Eccle. 18.  
ui etiā alterius iniuria cōsentiamus.

Quò demum referenda sunt  
mandata Decalogi omnia?

A D Charitatem, quam nobis gemit August.  
nam quoque duæ tabulæ, quibus lib. 2. su-  
Dei digito mādata hæc inscripta fue= per Exod.  
runt, commendant. Docent enim man-  
data primæ tabulæ, quæ ad charitate  
Dei: mandata verò secundæ tabulæ,  
quæ ad charitatem proximi spechtant.  
Hæc est autem charitas Dei, vt man= 1.Ioan. 5.  
data eius custodianus. Qui enim di= 1.Ioan. 3.  
cit se nosse Deum, & mandata eius  
non custodit, mēdax est, & in hoc ve-  
ritas non est. Qui autem seruat ver-  
bū eius, verè in hoc charitas Dei per-  
fecta

**D E C H A R. E T**  
fecta est: in hoc scimus, quoniam in ipso  
1. Joan. 4. sumus. Deus Charitas est, & qui manet,  
in Charitate, in Deo manet, &  
Deus in eo. Hec Ioannes Apostolus.  
**Gregor.** Recte igitur dictum accepimus: Pro-  
batio dilectionis seu Charitatis, exhibi-  
bitio est operis.

Vnde Charitatis argumenta &  
officia propria dignoscuntur:

1. Cor. 13. **C**haritas patiens est, Benigna est  
Charitas non emulatur, Non  
agit perperam.

Non inflatur, Non est ambitiosa.  
Non querit que sua sunt.  
Non irritatur, Non cogitat malū.  
Non gaudet super iniquitate, con-  
gaudet autem veritati.

Omnia suffert, omnia credit, omnia  
esperat, omnia sustinet.

Rom. 8. Sic Charitate Christi flagrans Ap-  
postolus ille Paulus.

Elige ergo vitam, ut & tu viuas,  
& semen tuum (testatur Diuinum  
Orac.

## DECALOGO. 24

Oraculum) & diligas Dominū Deum Deut. 30.  
tuum, atque obedias voci eius, & illi  
adhæreas. Ipse enim est vita tua, &  
longitudo dierum tuorum.

Breuiiter, ut Christi quoque doctrinam Legi respondentem accipias.

Si vis ad vitā ingredi, serua manus Matt. 19.  
data. Hoc fac, & viues. Luc. 10.

## DE PRÆCEPTIS Ecclesiæ.

Suntne præter Decalogum alia  
præcepta Christianis ob-  
seruanda?

**S**unt utique, quando Legislator, Iacobi 4.  
& magister noster Christus nō Matt. 23.  
solū docuit præcepta Decalogi, Matt. 19.  
Sed etiam in uniuersum præcepit, quæ  
ad obedientiam Apostolicis & Ec-  
clesiasticis mandatis præstādam spe-  
stant. Hinc extant Euangelicæ illæ  
sententiæ: Sicut misit me Pater, et ego Ioan. 20.  
mitto vos. Qui vos audit, me audit: Luc. 10.

¶

## DE PRÆCEPTIS

Matt. 18. & qui vos spernit, me spernit. etc. Si non audierit eos, dic Ecclesia: Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus et Publicanus. Vbi sumum atque extremum iudicium Christus.

3. Reg. 4. defert, deferri quod iubet ad Ecclesiam, id est, ad Ecclesiæ Præpositos & Re-

In Matth. étores, sicut Chrysostomus inter-

Matth. 18. pretatur, & verba Euangelij mox sequentia declarant, conuincuntque.

Proinde nec frustra scriptum est de

Aet. 15. Apostolo Paulo: Perambulabat Syria & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Seniorum.

Cuiusmodi porro sunt, Apostolorum Seniorumque præcepta, quæ Paulus custodire iussit?

De Eccle.

Hierar.

Et Basí. de

Spiritu

Sancto.

1. Ioan. 4.

Ioannes

affirmat Euangelista:

Qui nouit

Pauli discipulus Dionysius Areopagita testatur, duplicitis ea generis esse, partim scripta, partim non scripta. Ad utrumque genus pertinet, quod

nouit Deum, audit nos: qui non est ex  
Deo, nō audit nos: in hoc cognoscimus  
Spiritum veritatis, et spiritū erroris.

Ac primum quidem genus, quod  
literis mandatur, scriptisque legibus  
constat, satis est perspicuum. Poste-  
rius vero circa praecepta & instituta Cypri. de  
eaversatur, quæ uno Traditionū no= ablut. pe-  
mine comprehendī, & sic à Patribus dum.  
nuncupari solent. Non enim scripto, Hierony.  
vti superiora, sed viva voce tradita, contra  
& veluti per manus à Maioribus ad Lucifer.  
nos transmissa, Ecclesiæ & commen= Chrysost.  
data retinentur. in 2. ad  
Thess. 2.

Est ne vtrumq; hoc præcepto-  
rū genus obseruatu necessarium?

E ST planè, si doctorem Paulum sec 2. Thes. 2.  
quimur. Itaq; fratres, state, inquit  
& tenete Traditiones quas didicistis,  
sive per sermonem, sive per epistolam  
nostram. Vndē laudat hoc nomine Cor 1. Cor. 11.  
rinthios, quod Apostolica præcepta,  
quæ viva voce tradita iam acceperat,

F seduc

DE PRÆCEPTIS

sedulò custodirent. Atq; hoc est, quod  
2. Nic. cō. Sacrosancta Synodus Nicæna Diui-  
tra Icono næ scripturæ consonans, verbis tam  
machos. luculentis expressit: Oportet nos Ec-  
clesiasticas Traditiones, siue scripto,  
siue consuetudine in Ecclesia reten-  
tas, vnanimiter & inuiolabiter ob-  
seruare.

Quomodo cognoscemus, quæ  
sint Apostolicæ & probatæ in  
Ecclesia traditiones?

In Epist.  
ad Iana-  
rium.

D E his nobis Regulam obseruatu-  
dignissimā Augustinus prescri-  
bit. Illa, inquiēs, quæ non scripta, sed  
tradita custodimus, quæ quidem toto  
terrarium orbe seruātur, datur intel-  
ligi, vel ab ipsis Apostolis, vel plena-  
rijs Concilijs, quorum est in Ecclesia  
saluberrima authoritas, commendata  
De bapti. atq; statutare tineri. Sic idem rursus  
cōtra Do- docet cōtra Donatistas: Quod vniuer-  
nat. lib. 4 sa tenet Ecclesia, nec Concilijs instia-  
cap. 24. tutum, sed semper retentum est, non  
nisi

nisi authoritate Apostolica traditum  
rectissimè creditur. Consonat Leo ille Serm. 20.  
Magnus, cùm ait: *Dubitandum non de ieiun.*  
*est, quicquid in Ecclesia in consuetu-* Pente.  
*dinem est deuotionis retentum, de*  
*Traditione Apostolica, & de sancti*  
*Spiritus prodire doctrina.*

Exépla profer Traditionū Apo-  
stolicarum, quæ Christianis  
obseruādæ demādantur.

**H**oc loco, vt veritas indubitata  
conſtet, exempla quædā à sanctis  
petemus Patribus, qui vel ante mille <sup>a</sup> In ca. 6.  
annos fidem publicam meruerūt. Ni: ad Rom.  
mirum secundūm Traditionem Orige- <sup>b</sup> Lib. 1. de  
nes <sup>a</sup> & Augustinus <sup>b</sup> docent, Par- orig. aīx.  
uulos esse baptizādos. Dionysius <sup>c</sup> et <sup>c</sup> De Eccl.  
Tertullianus <sup>d</sup> ostendunt, precatio- Hierarc.  
nes & oblationes pro defunctis ad al= <sup>d</sup> De coro.  
tare fieri oportere. Hinc Hierony- milit.  
mus <sup>e</sup> & Epiphanius <sup>f</sup> statas Ecclesiae cellam.  
ieiunationes, præsertim Quadragesi- <sup>f</sup> Contra  
mæ, obseruandas esse comonstrant. Aerium.

F ij Sic

## DE PRÆCEPTIS

**g** In offi- Sic etiam Ambrosius & Chrysosto-  
cio Medio ius h eorum dignitatem adstruunt,  
laneñ. quæ in sacro Missæ officio solenniter  
**b** in Li- peraguntur. Tū præter Damascenum  
turgia. Patres, quos Nicæna Synodus secunda  
**Lib. 4.** citat, eadem ratione testantur, quod  
**Cōtra Ico** Christi & sanctorum eius Imagines  
nomachos deceat venerari. Demum, ut cæteros  
De spiritu omittamus, Magnus ille Basilius ob  
sancto Traditionē retineri vult sacrū Chris-  
**cap. 27.** tma, aliisque solenes cæmonias, quæ  
Sacramentis sanctissimis adhibentur.

**Ibidem.** Et addit Basilius: Si instituta  
consuetudinēs q nō scriptas, tanquam  
in eis vis magna non insit, semel repu-  
diare aggrediemur, clam ac pedetena-  
tim ratas ipsas Euangeliū sententias  
improbabimus, aut potius ad inane  
nomen eius prædicationem contrahē-  
**Cap. 29.** mus. Sed Apostolicum existimo ait, in  
ijs etiam Traditionibus, quæ scriptæ  
non sunt, permanere.

Quantum hodie circa Traditio-  
num huiusmodi dignitatē & au-  
thori-

PLurimum. Grauiter enim erratur  
circa doctrinam de hisce Apostolis-  
cis & Ecclesiasticis Traditionibus,  
dum eas plerique contemnunt, alij ne-  
gligunt, aut certe pluris non faciunt,  
quam cæteras magistratum Politie-  
corum constitutiones, & hæc institu-  
ta esse hominum singunt, quæ vel ob-  
seruare, vel omittere, liberum sit. exi-  
guæque aut nullius omnino frugis: ipsi  
etiamq; vocant. Sunt, qui vniuers-  
itas ferè Traditiones eiusdem esse pôde-  
ris velint, atque adeò fæde cōmiserent  
Scripturæ loca, perinde ac idem sit iu-  
dicium de Traditionibus Pharisaicis  
& Apostolicis, de Iudaicis & Ecclesi-  
asticis, de priuatis seu particularie-  
bus, & ijs, quæ totius Ecclesiæ con-  
fessi receptæ, communiq; piorum vnu-  
passim comprobatae inueniuntur.

Quid verò de ijs iudicandum,  
qui Ecclesiæ Traditiones repu-  
F iij diant,

DE PRÆCEPTIS

2. Thes. 2 diant, ac pro nihilo habent?

1. Cor. 11. Hos verbum Dei redarguit, cùm  
Matth. 18. Traditiones obseruandas esse dea-  
cernit: cùm iubet Ecclesiam audire,

Act. 15. & Apostolorum, Seniorumque præ-

Rom. 13. cepta custodire. Verbum Dei subijs-

Matth. 22 cit nos Magistratibus cùm Politis-

& 23. cis, tum Ecclesiasticis, modestis iuxta

Luc. 10. et discolis, idque propter conscientiam:

1. Petr. 2. horum legibus deferri vult, & reue-

Rom. 13. rentiam & obedientiam maximam.

Tit. 3. Obedite, inquit, Præpositis vestris,

Hebr. 13. & subiacete eis: omnia quæcumque di-

Matth. 13. xerint vobis, seruate & facite: secun-

1. Thess. 4 dum opera vero eorum nolite facere.

Quapropter isti non tam homines

Luc. 10. spernunt, quam Deum ipsum Opt.

Ioan. 20. Matth. 10 Max. quem in Apostolis, horumque

1. Cor. 13 successoribus audire ac reuereri sanè

Rom. 13. oportebat. Ita resistunt planè Verbo

Dei, dum potestati & ordinationi

Dei resistunt: & hinc, si Paulo credid-

Bassl. cap. mus, sibi damnationem acquirunt Ni-

27. despi mirū Diuina est isthæc ordinatio, nec

aboliri

aboliri potest humana authoritate, ritus.  
 ut certis legibus, iisque partim scris Et Aug.  
 ptis, partim non scriptis, quas Apo= cōtra Do=  
 stolica nobis commendat Traditio, natistas.  
 Ecclesia regatur, dogmata consers Et Epiph.  
 uentur, Religio vindicetur, discipliz cōtra Mel  
 na retineatur. chised.

Quid Patres hac de re  
 iudicant?

**O**Rigenes, qui celebris & peruer<sup>t</sup> In cap. 3.  
 tustus est author, in hæc verba Epist. ad  
 scripsit: Hæreticus nobis habēdus est Titum.  
 omnis ille, qui Christose credere pro=  
 fitetur, & aliud de veritate Christiana=  
 næ fidei credit, quam habeat defini=  
 tio Traditionis Ecclesiasticae. Idē ve=  
 rò alibi: Illa sola credēda est veritas, In plemio  
 inquit, quæ in nullo ab Ecclesiastica libri pri=  
 discordat Traditione. Et Hieronymi mi Peri=  
 verbum est: Ego illud te breuiter ad= arch.  
 monendum puto, Traditiones Ecclesiæ Ad Luci=  
 asticas, præsertim quæ Fidei non of= nium=  
 ficiunt, ita obseruandas, ut à Maio=  
 F iiiij ribus

## DE PRÆCEPTIS

- Epist. 11. **R**ibus traditæ sunt. Augustinus verò ita docet: Si quid Diuinæ scripturæ præscribit authoritas, nō est dubitan-  
dum, quin ita facere debeamus, ut le-  
gimus: similiter etiam, si quid per or-  
Ad Casu- bem frequētet Ecclesia. Nā hoc, quin  
lanum. ita faciendum sit, disputare, insolent-  
Epist. 86. tiſsimæ insaniae est. Tum rursus. In  
his rebus, de quibus nihil certi sta-  
tuit Scriptura Diuina, mos populi  
Dist. 11.c. Dei, vel institutam aiorū pro lege te-  
In his. nenda sunt. Et sicut præuaricatores  
diuinarum legum, ita contemptores  
Ecclesiasticarum consuetudinum co-  
1. Cor. 11. èrcendi sunt. Si quis autem videtur  
contentiosus esse, nos talem consue-  
tudinem non habemus, neque Eccles-  
ia Dei.

Agè verò, quid est Ecclesia?

1. Cor. 12. **E**cclisia, est omnium Christi fidem.  
1. Petr. 5. atque doctrinam profitētium vni-  
Ioan. 21. uersitas, quam Princeps ille Pasto-  
Matth. 16 rum tum Petro Apostolo, tum huins  
succes-

successoribus pascēdā tradidit, atque Cōcilium  
gubernandam. Florenti.

Quænam Ecclesiæ dignitas  
est atq; authoritas?

**M**ultis & eximijs sanè dotibus, 1.Cor. 12.  
promissionibus ac beneficijs il- Ephe. 4.  
lustrat Deus Ecclesiam suam, quan- Ioan. 14.  
bil habet in terris charius. Hanc usq; 16. & 17.  
ornat, conseruat, defendit, vindicat. Matt. 28.  
Hanc porrò cōstituit esse domū suam, & 16.  
in qua omnes filij Dei foueantur, do- Psal. 120.  
ceantur, & exerceantur. Voluit esse 1.Tim. 3.  
columnam & firmamentum veritat- Psal. 22.  
tis, vt de illius non dubitemus doctrina, & Cypria.de  
quaetanquam Magistra, custos & Simpl.  
interpres veritatis, fidem atque au-  
thoritatem obtinet inuiolabile. Præ- prælatorū  
terea fundatam esse supra firmam pes Matth. 16  
tram decreuit, vt certi essemus, eam Ephe. 2.  
immobilem in cōcussam & stare, atque Psal. 86.  
inferorum etiam portis inexpugnabi- Matth. 16  
lem præualere. Demum vult eam san-  
ctissimam quandam esse ciuitatem su- Apoc. 21.  
pra

## DE PRÆCEPTIS

- Psal. 86. pramontem posítam, omnibúsq; conspiciuam, atq; aditu facilem: ne quis ea relicta pestiferas spelūcas, latebrásq; conseruetur, atq; insanis illis vocibus: Psal. 21. Ecce hic est Christus: ecce illic, fortè 1. Ioan. 2. percussus, ab ea diuertat, aut dimouetur. Hæc est, quam Scriptura nobis Matth. 24. & ibidem proponit atq; commendat, Christi amica, soror, & sponsa vñica: pro qua redimenda, mundāda, congreganda, sanificanda, & prorsus adiungenda sisbi, Filius Dei nihil non fecit ac pertulit, ut Corpus etiam, Sanguinemq; suum sacrosanctum illius amore tradiderit. Pro hac rogauit, & impetravit, ut fides, vñitas, & firmitudo eius desiceret nunquam. Huic promisit, si Ioan. 14. deliterq; trāsmisit, & reliquit Doctorem, Præsidem, ac rectorē, Spiritum Sanctum. Ille, inquit ipsa Veritas, docebit vos omnia, ille suggesteret vobis oīa quæcunq; dixerō vobis: ille docebit vos, & semper docebit omnē veritatē, scitu videlicet credituq; necessariam.
- Ioan. 17. Luc. 22. Matth. 16. Ioan. 14. 15. 16. Act. 2. Ioan. 14. & 16.

Per

Per quos tandem nos docet Spiritus in Ecclesiaveritatem?

Per eos planè, quos Apostolus testatur à Spiritu sancto esse constitutos, ut Ecclesiam regant: eosdemque vocat Episcopos, Praepositos, Pastores 1. Tim. 3: itidem atque doctores. Qui post Apostolos fuere semper, ac etiam nū sunt, Ephes. 4: primarij Dei Ecclesiæq; ministri, & 1. Cor. 12: summi dispensatores mysteriorū Dei. Ex Can. Horum vero authoritas in sacris Sy= Apost. 33: nodis quam maxime cernitur, ubi de & 37. & Fide ac Religione illi non modo definiuntur, sed suo etiam iure, ac pro authoritate Apostolica contestari possunt, ac dicere: Visum est spiritui sancto et nobis, sicut ex actis constat primi Cōcilij Hierosolymis celebrati.

Quorsum vero spectat diuina isthac ordinatio, ut Pastores & Doctores in Ecclesia conserventur?

Non.

DE PRÆCEPTIS

Ephe. 4.

**N**on parum utilis ac salutaris est nobis Diuina hæc ordinatio, seu institutio. Prodest enim ad consummationem Sacerdotum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Item, ut non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni voto doctrinæ, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris: quin potius, ut veritatem facientes, crescamus in illo per omnia, qui est caput nostrum Christus, ut apud Paulum legimus.

Ibidem.

Quo pacto insignes hos fructus consequemur?

Rom. 12.

Ephe. 4.

Ioan. 10.

& 21.

Ioan. 10.

Tit. 3.

Heb. 13.

**I**T a nimirum, si non altè, sed sobriè sapiamus, solliciti semper seruare unitatem Spiritus in vinculo pacis, ut nosmet oues Christi humiles, obediētésque præstemus. Quarū sanè ouium illud est proprium, Lupos fugere: nec alienos, sed suos Pastores sequi: illis velut Ordinarijs ouilis dominici præfettis

E C C L E S I A E.

31

fectis se submittere , in illis audire  
spiritum Veritatis. Is est , qui per Ioan.11.  
malos etiam præpositos dominicum Matth.23  
gregem docere , pascere , & conserua= Philip.1.  
re dignatur: quiq; per eosdē , tum Dei Matth. 28  
Patris , tum Ecclesiæ Matris præcez Deut.17.  
pta nobis his verbis commendat: Au<sup>z</sup> Prou.1.  
di Fili mi disciplinam Patris tui , &  
ne dimittas legem Matris tue.

Quæ sunt præcepta Ecclesiæ?

P Ræcipua quinque numerantur ,  
cuiq; Christiano & scitu & ob= a Concil.  
seruatu certè necessaria. Lugdunē.  
b Ex Can.

- |      |  |                        |
|------|--|------------------------|
| I.   | <sup>a</sup> Statutos Ecclesiæ festos dies<br>celebrato.   | 47. & 21<br>cōc. Agat. |
| II.  | <sup>b</sup> Sacrū Missæ officium diebus<br>festis reuerenter auditio.   | c Ex 68.<br>Cant.      |
| III. | <sup>c</sup> Ieiunia certis diebus , tempore<br>ribusque indicta obseruato , grec. &<br>vt in Quadragesima , Quatuor Mogūtia-<br>anni tēporibus , & festorum coet Sale<br>quorūdam solennium pridias gūstadiē. | Apost. &<br>Cōci. Gan  |

ni

D E P RÆCEPTIS

d Tertul.  
ad uxorē  
li. 2. & in

Apolog.  
e Ex Con-  
ci. Latera  
nen. c. 21.  
f Ibidem.

nis diebus, quos Maiores no-  
stri, d quod iisdē temporibus  
in templis per uigilaretur, Vi-  
gilias appellarunt.

III. e Peccata tua sacerdoti pro-  
prio annis singulis, cōfitetur.  
V. f Sacro sanctam Eucharistiam  
ad minimū semel in anno, idz  
circa festum Paschæ sumito.

Quem fructum ad fert horū præ-  
ceptorum obseruatio?

**H**ec, et eiusmodi reliqua Eccle-  
siæ, tū instituta, tū præcepta tot  
seculis recepta, magnoz piorum con-  
sensu & vſu confirmata, pietati atq;  
rationi valde consentanea, insignes se-  
cū adferūt cōmoditates. Quippe fidei,  
humilitatis, & obediētiae Christianæ  
Philip. 4. salutaria sunt exercitia: honestā dis-  
1. Cor. 14. ciplinā et concordiā popularē promos-  
uent: Religionis pulchra extant sym-  
Matth. 5. bula: nota et indicia interioris nostræ  
Rom. 15. pietatis, quibus ad cedificationē et bo-  
nis

nis collucere, & malis prælucere o= Philip. 2.  
porteat. Breuiter, eò nos promouent, 1. Cor. 14.  
vt Apostolicus ille Canō: Omnia bone=  
stè, & secundum ordinem fiant in vobis,  
ad vnguem obseruetur.

Vbi necessaria est nobis Ec-  
clesiæ authoritas?

PRimum in eo quidem, vt Scriptus Ad Damas-  
ras Canonicas, & veras ab adulteriis sum in  
rinis certò discernamus. Vnde testa= symbolo.  
tur Hieronymus: Nouū & Vetus Te= & in lib.  
stamētum recipimus in illorum libro= Macha-  
rum numero, quem sancte Ecclesiæ bœorum.  
Catholicæ tradit authoritas. Et Au= Contra  
gust. Ego vero, inquit, Euangeliō non epist. Ma-  
crederem, nisi me Catholicæ Ecclesiæ nichæi.  
commoueret authoritas. Deinde vt  
confset de vero scripturæ sensu, & Vincent-  
apta interpretatione: ne alioquin si= Lirinen.  
ne fine dubitemus, vel disceptemus Contra no-  
de verborum sententia. Omnes et uatores.  
nim Hæretici, vt scripsit idem Augu= Lib. 1. de  
stinus, ex sacris Scripturis falsas atq; Trinitat-  
falla=

DE PRÆCEPTIS

fallaces opiniones suas conantur defendere: Atqui non in legendo, sed in intelligendo Scripturæ consistunt,

Aduersus Hierony. teste. Tertiò, ut in grauioribus de fide quæstionibus atque controvèrsijs quæ possunt incidere, iudex Luciferas nos. & moderator adsit: Verissimum est Deut. 17. Acto. 15.

enim quod cōtra Hæreticos docet Epiphanius, à diuina scriptura non posse accipi omnia. Et sicut Augustinus Cōtra Apostolicos affirmat: Palam est, quod in re dubia, Cōtra Mañichæos. ad fidem & certitudinem valeat auctoritas Ecclesiæ Catholice. Nō enim deesse potest Ecclesiæ Spiritus, qui ipsam in omnem dicit veritatē, sicut Christus ipse promisit. Rursus, ut pro ratione personarum, locorū, & temporum, Canones constituuntur, disciplina integra conseruetur, ac iūra dicuntur. Dedit enim hanc potestatem Deus Ecclesiæ ad ædificationem, & non ad destructionem.

Ex Canō. Canon. Apost. 33. 36. 38. 2. Cor. 10 Matt. 18. Ex Apost. 10. 11. & 12. Præterea, ut quā Christus instituit coercendi & excommunicandi potestatem

testatem, qua Paulus etiam est usus,  
peruicaces sentiant, ipsaq; corrigantur, & comprimantur. Hinc Auguc Li. de fide  
stius: Eis, inquit, per quos Ecclesia & operi-  
regitur, adeo salua pace potestas dis- bus.  
ciplinæ aduersus improbos aut ne-  
pharios exercenda. Iam, ut cætera  
omittamus, in omnibus his profectò  
quæ dicta sunt, Ecclesiæ autoritatē  
non solum utilem, sed etiam necessaria-  
riam esse adeo constat, ut sine illa ni-  
hil aliud Christiana Respublica, quā  
confusio Babylonica possit existima-  
ri. Proinde sicut Scripturæ propter 2.Pet.1.  
testimonium Diuini Spiritus in illa 2.Tim.3.  
loquentis credimus, adheremus, ac  
tribuimus maximam autoritatem:  
sic Ecclesiæ fidem, reuerentiam, obe- Matth.18.  
dientiamq; debemus, quod eo ipso Spi- Ioan.14.  
ritu à Christo capite, sponsoq; suo in= & 16.  
formata, dotata simul & confirmata Act.2.  
sit, ut nō possit non esse quod dicitur, Ephe.4.  
columna & firmamentum veritatis. 1.Tim.3.

G Quis

DE PRÆCEPTIS

Quis est doctrinæ totius de Ec-  
clesiæ præceptis & Traditio-  
nibus usus ac fructus?

**M**ultus profectò atq; inter cæteros  
primus est, vt intelligamus nos  
solis Diuinis literis vel scripturis mi-  
**Vincent.** nimè alligari. Quid enim (vt Irenæi  
Lirinen.  
**Lib. 3. c. 4.** verbis utamur) si neq; Apostoli quidē  
scripturas reliquissent nobis, nōne os-  
portebat ordinē sequi Traditiōis, quā  
tradiderunt ijs, quibus committebant  
ecclesiast? Nec minus luculenter scri-  
**Li. de Spi-** psit Basilius: Dogmata quæ in Ecclē-  
ritu san- sia seruātur ac prædicātur, partim ex  
to, ca. 27 conscripta doctrina habemus: partim  
ex Apostolorum Traditione ad nos de-  
lata in mysterio recepim⁹. Quæ utraq;  
eandē ad pietatem vim habēt, & ne-  
mo his cōtradicit, qui vel modicā sal-  
tem Ecclesiasticorum iurium experia-  
**Toan 20.** entiā habet. Sic Basilius. Neq; dubiū  
et 21. esse potest, quin Christus & Apostoli  
multa

multa tum egerint, tū docuerint, quæ Augus. ad  
 & si scripta quidem nō sint, ad nos ta= Seleucia-  
 men, posterōque maximè pertineant. nā Epist.  
 Audi Christum in Apostolo suo loc 108.  
 quentem: De cætero Fratres, quæcūq; Philip. 4.  
 sunt Vera, quæcunq; pudica, quæcunq;  
 iusta, quæcunque sancta, quæcunq; ar-  
 mabilia, quæcunq; bonæ famæ, si qua  
 virtus, si qua laus disciplinæ, hæc co-  
 gitare. Proximus est, rectè vti chri= Galat. 4.  
 stiana libertate, quam homines otio 2. Pet. 2.  
 luxuq; capti, si vñquā alias, nūc maz-  
 xime dant in occasione carnis, vt Apo= Galat. 5.  
 stolus loquitur: illius prætextu fædis  
 voluptatibus inferuiunt, & quicquid  
 ferè libet etiam circa Religionis in-  
 stituta, id licere sibi arbitratur. At-  
 qui ab ista temeritate nos reuocant,  
 tuetur, deterrēt apostolica et ecclesi= Augustin.  
 astica dogmata simul & instituta: epist. 118.  
 frænum iniiciūt humanæ licetiæ, do-  
 cent conuenienter vti Christiana li-  
 bertate: ita nimirū, vt à iure peccati, 1. Pet. 2.

G ij      & à

## DE PRÆCEPTIS

Rom. 6. et à seruitute veteris Legis per Chris-  
Galat. 3. tum effecti liberi, vltro libenterque  
& 4. præstemus Christianum officiū, ser-  
Rom. 8. uiamus Deo in iustitia & sanctitate,  
Colos. 3. ducem sequamur spiritū in lege Chas-  
Lucæ 1. ritatis, Iustitiae servi, obedientiæ fi-  
Rom. 8. lij, humilitatis cultores, patientiæ cu-  
Gal. 5. stodes, pœnitentiæ & crucis amatores:  
1. Cor. 9. Vos, inquit Apostolus, in libertate vo-  
1. Pet. 1. cati estis Fratres, tantum ne liberta-  
2. Pet. 1. tem in occasionem detis carnis, sed per  
Lucæ 21. Charitatem Spiritus seruite inuicem.  
Matth. 3. Ad quam Spiritus Charitatem, san-  
& 16. ctæ seruitutis obsequio, & alendam  
Galat. 5. & conseruandam cùm honesta cuncta  
prosunt, tum ingens pondus adferunt  
piæ obseruatæ Ecclesiæ Traditiones.

Postremus est, vt verū inter legi-  
timos et notos Ecclesiæ filios, seu inter  
Catholicos & Hæreticos discrimen in-  
de accipiamus. Illi enim simpliciter in-  
doctrina Ecclesiæ, siue scripto tradis-  
ta, vt ea in Biblicis literis extat, siue

Patrum.

Patrum traditione comprobata, ac Basilius de  
 quiescunt. Sequuntur enim Verbum spiritu S.  
 Dei: Ne transgrediaris terminos an cap. 27.  
 tiquos, quos posuerunt Patres tui. Hi Prou. 22.  
 verò, qui sunt Hæretici, ab hac simpli Origen. in  
 citate Fidei, & à Venerandæ matris ca. 3. Epis.  
 Ecclesiæ, sanctorumq; Patriū probata ad Titū.  
 sententia discedunt, nimiumque sibi,  
 vel desertoribus Ecclesiæ fidūt, adeoq;  
 ne moniti quidem resipiscunt. Quare Ad Tit. 3.  
 Paulus de ijs seriò sanxit, dū ait: Hæs  
 reticum hominem post unam & se  
 cundam correptionē deuita scies quia  
 subuersus est, qui huiusmodi est. Atq;  
 vt cū Cypriano cōcludamus, Quisquis Ad Pōpeii  
 ab Ecclesiæ unitate discesserit, cum  
 Hæreticis necesse est inueniatur.

Quæ demum est summa om-  
nium superiorum?

**Q**ue à principio quidem hucusq;  
 tractata sunt, de summa Christia-  
 nae doctrinæ, eò nimirum spectant, ut  
 G. iii      vera

## DE PRÆCEPTIS

August. Vera Christiani hominis Sapientia  
lib. 2. Re- constituatur: quæ tribus illis virtu-  
tract. 63. tibus, Fide, Spe, et Charitate compre-  
1. Cor. 13. henditur. Et Fide quidē veritati Dei  
2. Tim. 2. firmiter assentitur, eiꝝ innititur ani-  
Hebr. 11. ma: Spe autem proprius adbuc appræ-  
Galat. 5. hendit bonitatem Dei, Fide iam cog-  
Rom. 8. nitam atꝝ conceptam: Charitate de-  
Ioan. 14. dum Deo, proximoꝝ propter Deum  
Rom. 13. coniungitur & unitur. De Fide nos  
August. in docet Symbolum Apostolicum, dum  
Enchirid. ea proponit, quæ maximè sunt creden-  
da & profitenda christiano. De his  
verò quæ speranda & desideranda,  
precatio nos instituit Dominica. Ad  
Charitatem demum spectat, quæ duas  
bus tabulis Decalogus exhibit.

In cap. 4. Præclarè igitur Origenes: Puto,  
Epist. ad inquit, quod prima salutis initia &  
Roman. ipsa fundamenta Fides est: Profectus  
Lucæ 11. verò & augmenta ædificij Spes: Per-  
Rom. 2. feccio autem & culmen totius operis  
Luc. 6. Charitas. Illi demū beati, qui audiunt

5

¶ custodiunt verbum Dei, quiq; vos Matth. 7.<sup>o</sup>  
luntatem Patris cognoscunt & fac 19. 25.  
ciunt, in Fide, Spe, & Charitate per Ioan. 15.  
seuerantes. Et haec tenus, pro instituti Matth. 10  
quidem nostri ratione, satis de Sapientia & 24.  
tia Christiana.

Anne aliud quicquā ad hanc do-  
ctrinæ Christianæ partem  
spectat?

E Tiam: hic enim planè spectat do-  
ctrina de Sacramentis, ut norint  
christiani, quibus veluti instrumentis  
Diuinitus institutis habeant opus  
ad fidē, spē, et præcipue charitatē ac-  
cipiendā, exercēdā, augendā, aut etiā  
reparādā. Adde quod nō Sapientia mos-  
dō, sed etiā iustitia christiana, tū cō-  
stitui, tū retineri absq; Sacramētis nō Aug. lib.  
potest; sine quib⁹ religionē vniuersam 19. contra  
extingui prorsus necesse sit. Habet igit Faustum.  
tura sublimē in doctrina christiana  
locū, et necessariā quoq; tractationē.

G iiiij      De

DE SACRAMENTIS

# De Sacramentis.

## CAPVT IIII.

Cur de sacramentis docendi  
sunt Christiani?

Ad Tit. 3.

Ioan. 3.6.

Cor. 20.

**Q**Via Sacramentorum cognitio & usus facit, ut illi accepta ex Iesu Christi meritis, gratia, (qua per Sacra menta ipsa confertur,) legitimè exerceantur, conserventur, atque promoueantur in Diuino cultu.

Quid, & quotuplex est Cultus Diuinus?

August.

Lib. 10. de

Civitate

Dei.

Pro. 16.

Genes. 1.

2. Cor. 5.

1. Thes. 5.

**C**ultus Diuinus dicitur, quē Christianus tanquam praecipuum ac summum obsequium, debet Creatori ac salvatori suo Deo Opt. Max. Hoc minem enim nō sua potissimum causa, sed ut Deum purè integrèque colat, et initio conditū, & postea redemptum, atque

atque ad id omnino destinatū esse docet Christiana Religio. Est autem dicitur August. li.  
 unius cultus duplex: Interior, & Exterior. 1. de Do-  
 terior. Interior, quo per Intellectum & Crina  
 affectum Deo coiungimur, Fide, Spe,  
 & Charitate, (ut ante adictum est) Christia-  
 perficitur. Exterior, est professio que- na, & in  
 dam cultus interioris, quem externis Enchirid.  
 quibusdam & visibilibus signis, ritu- Matth. 5.  
 busque declaramus. Deus enim, qui Psal. 15.  
 bonorum nostrorum non egit, alioquin 1. Tim. 6.  
 beatus per se, totusque perfectus, tam Matth. 5.  
 mens sicut totum ipse hominem, tum Gene. 2.  
 corpore, tum animo constare voluit, Prou. 16.  
 sic eundem quoque totum, hoc est, se- Luca. 10.  
 cundum omnem sui partem exigit, à Matth. 22.  
 quo sincerè studiose colatur: anima  
 quidem secundum interiorem, uti  
 docuimus: corpore vero secundum ex- 1. Cor. 6.  
 teriorem cultum cum interiore con- Psal. 83.  
 junctum, sicut præcipue & salubera-  
 rimè fit in usu Sacramentorum.

Quid est Sacmentum?

Est

## DE SACRAMENTIS.

August.li. Et Diuinæ & inuisibilis gratiæ  
3 de Do- externum & visibile signum, à  
etri.Chri. Christo institutum, ut in eo quis Dei  
Et de ca- gratiam accipiat atque sanctificatio-  
techi.ru- nem. Quare nō simpliciter signa sunt,  
dibus. quæ Ecclesiæ Sacraenta dicuntur:  
Ambros. sed certa, sacrosancta, et efficacia sig-  
lib.4.de na, christianis ex Diuina institutio-  
Sacramē. ne & promissione commendata. Signa  
Concil. quidem idcirco, quoniam externa qua-  
Floren. & dam specie & similitudine id nobis  
Lateranc. referunt & declarant, quod per ipsa  
Deus nobiscum inuisibiliter atq; spi-  
August.in ritualiter agit. Certa verò sacrosancta  
præf.Psal simul & efficacia signa: quoniam in-  
73. & lib. dubiè quam gratiam significat, etiam  
19. contra continet conferuntq; ad nostram san-  
Faustum. etificationem, Sacraenta enim, quan-  
Serm.de tum in se est, (vt Cyprianus loqui-  
Coen.Do- tur) sine propria esse virtute non pos-  
mini. sunt, nec ullo modo Diuina se absen-  
Augustin. cōtra Do- tat Maiestas mysterijs, quāuis etiam  
natistas. ab indignis administrentur.

Vt exempli causa, in Sacramento Ba- Tit. 3.  
 ptisimi, exterior ablutio, quæ sordes Rom. 6.  
 corporis purgat, efficax est symbolum 1. Cor. 6.  
 interioris ablutionis, cui testimoniu-  
 m præbet indubitatū, & qua spirituali-  
 ter anima purificatur, Sic res aliæ vi-  
 sibiles & externæ, vt oleū, panis, vi-  
 nū, quarū in Sacramentis necessarius  
 est v̄sus, aptè nobis cōstituuntur, tum  
 ad significandum, tum ad cōferendum August. in  
 homini Diuinā gratiā, animæq; salu- Psal. 73.  
 tē, modò ad hæc nō indignè accedat. Ioan. 3.

Per baptismum etenim regenera- Tit. 3.  
 ramur & renouamur: Per confir- Acto. S.  
 mationem augemur & roboramur: Ioan. 6.  
 Per Eucharistiam nutrimur & refi- Ioan. 20.  
 timur: Per pœnitentiam restituimur  
 & sanamur in vita spirituali: in qua  
 per reliqua itidē Sacra menta, pro sua  
 cuiusque ratione, iuuamur atq; prouea-  
 himur vt suo deinde loco aperi emus.  
 Quibus partibus constat vnum-  
 quodque Sacramentum?

Verbo

## DE SACRAMENTIS.

Conci. Flo  
rentinum. **V**erbo & Elemento, Per Verbum  
rentinum. **H**ic intellige certa quædam &  
determinata verba, in quibus ipsa cō-  
sistit forma, quam vocant, Sacramen-  
torum. Per elementum accipe res ex-  
ternas, quæ vera materia sunt Sacra-  
mentorum, ut aqua, oleum, panis, vi-  
num, & eiusmodi. Iam his partibus  
perfectè sumptis adiunguntur reliqua,  
quæ ad cuiusque Sacramenti, tum ido-  
neam collationem, tum dignam suscep-  
tionem spectant, utpote institutio  
Divina, minister idoneus, intentio rea-  
cta in ministro, Fides insuscipiente,  
& si quæ sunt huius generis alia.

Conci. Flo

rentin. ex

Cōstatiō-

Cant. 4.

1. Tim. 3.

a Mat. 28

b Act. 8.

c Mat. 26

d Ioan. 20

e Eucharistia

f Pœnitētia

g Extrema

Quot sunt Sacraamenta?

**S**eptem, quæ à Christo per Aposto-  
los accepta cōseruavit, ac fideliter  
dispensauit hucusq;, Christi sponsa-  
& columna veritatis Ecclesia. Sunt  
autem hæc: Baptismus<sup>a</sup>, Confirma-  
tio<sup>b</sup>, Eucharistia<sup>c</sup>, Pœnitētia<sup>d</sup>, Ex-  
trema

DE SACRAMENTIS. 39

trema vncetio e, Ordo f, & Matrimo- e Iac.5.  
nium g. Nec refert sanè, si eiusmodi f i. Ti. 4.  
vocabula in Scripturis nō extent omis g Ephe. 5.  
nia, de re modò ipsa constet, ac Sacra-  
mentorum veritas, & virtus Diuinis August. 4  
testimonij approbetur. Quāquam ea cōtra Do-  
quæ vniuersalis Ecclesia ex Aposto- natist. 24  
lorum Traditione retinet, atque con- Et ad la-  
seruanda commendat, etiam sine Scri- nuarium;  
ptura, plenam apud nos fidem, ut ana-  
tea docuimus, habere merentur. Ac  
de singulorum quidem Sacramento-  
rum institutione postea suo loco. Vis Lib.19. cō  
autem eorum, (ut fidissimus Scriptu- tra Faust.  
ræ interpres Augustinus inquit,) in-  
enarrabiliter valet plurimū, & ideo  
contēpta sacrilegos facit. Impie quip-  
pe contēnitur, sine quo non potest per-  
fici pietas. At q, vt idē alibi docet: Cō Li. 4. quæ  
temptor vīsibilis Sacramenti, inuisi- stio super  
biliter sanctificari nullo modo potest. Leuiticū.

Quare instituta sunt Sa-  
cramenta?

Primum:

## DE SACRAMENTIS.

Primum, ut sint presentissimare media contra peccatum, quod lethas

Sapien. 16 lis est animae morbus, aut pestilens.

Aug. lib. Quam ob rem longe praestat Legis ana-

19. contra tique Sacramentis, virtute utiqz ma-

Faustum. iora, utilitate meliora, numero pauci-

Et li. 3. de ora, intellectu augustiora, obseruati-

doct. chri. one faciliora, significatione praestan-

tiora. Quae, praeterquam quod significat, etiam sanctificant, ac salutem dant:

ut e scripturis Augustinus optimè de-

prehendit. Secundò, ut habeamus certa efficaciaque signa Diuinæ erga-

nos gratiae & voluntatis, quæ dum in

sensus externos incurvant, non solum

excitant fidem in Christum, Dei qz mis-

Rom. 9. sericordiam et bonitatē: verum etiam

Tit. 3. viuificare sunt instrumenta, per quae vi-

Ioan. 6. sum est Deo, salutem nostram efficac-

& 20. citer operari. Ut præclarè dictum sit

August li. 4. contra iam olim, per seipsum quoque Sacra-

Donatist. mentum multum valere.

Idem li. 19 Tertio, ut extent velut symbola,

& ex-

## DE SACRAMENTIS. 40

Externae notæ Christianæ profesæ contra  
fionis, quibus Dei & Ecclesiæ Filij se Faustum,  
mutuo agnoscant: tum in vnione, huic Et cap. 17  
militate, & obedientia se fructuosè de uera  
exerceant & contineant, atque ita Religiœ.  
vnius Religionis necessarijs quasi nec  
xibus & fœderibus inter se inuicem  
maneant colligati. Alioquin sine Sa-  
cramentis nec constare, neque disce-  
nis satis potest vlla Religio.

Quid verò sentiendum est  
de Sacmentorum  
ministris?

Ita planè sentiendum est de illis,  
tanquam ministris Ecclesiæ, & dis- 1. Cor. 4.  
pensatoribus mysteriorum Dei, qui Esa. 52.  
portant vasa Domini, Tabernaculoq; Num. 1.  
deseruiunt, & sacris ex professo præ- 3. Reg. 8.  
sunt. Non enim omnibus indifferen-  
ter, sed Sacerdotibus & Episcopis in Cōcil. Ni-  
cumbit Sacramēta conficere, dispen- cenū c. 14.  
fare, vel administrare.

De:

## DE SACRAMENTIS.

De his ministris porrò Regulam:

Cōtra Cre præscribit Augustinus: Non idèo ve-  
sconium riora & sanctiora sunt Sacra menta,  
li.+.

inquit, quia per meliores ministran-  
tur: Illa nāque per se ipsa vera & san-  
cta sunt, propter verum & sanctum  
Contra li- Deum, cuius sunt. Et rursus: Memen-  
teras Peti to Sacra mentis Dei obesse nihil mores  
rianilib. 7 malorum hominum, quò illa vel om-  
nino non sint, vel minus sancta sint.

De Myste. Suffragatur his Ambrosij sententia:  
initian. Non merita personarum consideres,  
sed officia sacerdotum: puta in admi-  
nist ratione Sacramētorum. Nam &  
per indignos cōsuevit Deus operari, et  
Hom. 8. in nihil ppter sacerdotis vitā Sacramē-  
ti gratia lāeditur, Chrysostomo teste.

Quid iudicandū de Cære monijs,  
præcipuè quarum solennis  
est usus in Sacramētis?

Cære moni.e ab Ecclesia probatae,  
ritus quidā sunt externi, religiosi  
ac de-

## DE SACRAMENTIS. 41

ac decenter instituti, Primum ut sit Matth. 4.  
gna, testimonia, & exercitia sint Rom. 12.  
cultus interioris, quē Deus imprimis Esa. 1.  
requirit. Deinde ut viua extent Reli- Matth. 15.  
gionis incitamenta, quibus fragilitas Rom. 1.  
humana ceu adminiculis fulciatur, et  
ad sacra mysteria, tū capessenda, tum  
retinenda veluti manu ducatur. Po- Leo epist.  
stremo, ut quæ ad cultū Diuinū pro- 82. Inno-  
mouendum, & ad disciplinam concor- cent. ad  
diamq; conseruandam publicam per- Eugubio.  
tinent, honestè ac decenti quodā ordi-  
ne, sicuti Apostolus iubet, in Eccles-  
sia peragantur.

Eæ verò, quarum est v̄sus in Sacras 1. Cor. 14.  
mentorum administratione, quásque Philip. 4.  
veluti permanus traditas & cōmen- Hier. 6.  
datas nobis à Patribus accepimus, in= Prou. 22.  
genti præcipue studio retineri & ob- Basili. de  
seruari debent. Nam præterquam Spiritu  
quod decorum illæ Sacramentis adfe- sancto.  
runt, & reuerentiam quandam concia-  
lian, singulari quoque antiquitatis

## DE SACRAMENTIS.

Tertulli. commendatione nobis sunt venerādæ.  
de corona Habent præterea institutionem non  
militis. solum vetustissimā & Apostolicam,  
August. verū etiam mysteriorum grauitate  
contra Do- atque dignitate plenam, ut sanctissi-  
natistas. mi, doctissimiq; Patres annotarunt.  
Sermo de De his demum, aliisq; id genus, pree-  
suffr. pro clarè ita Damascenus: Quæ Christia-  
defunctis. na Religio erroris nescia suscipit, &  
in tot secula seruat inconcussa, minis-  
mè vana sunt, sed utilia, Deo placita,  
salutiq; nostræ conducibilia pluri-  
mum. Iam de Cæremonijs, quæ Sacra-  
mentis omnibus adhibentur, sigilla-  
tim admonere ut longum est, ita diffi-  
cile, & huic quidē instituto haud ne-  
Hom. 5. in cessarium videtur. Quin & aperte  
Numeros, fatetur Origenes, in Ecclesiasticis  
Et Basil. huiusmodi obseruationibus esse non-  
de Spiritu nulla, quæ omnibus quidē facere ne-  
sancto. cesse sit: rationem autem cur ita fiat,  
cap. 27. nondum satis esse compertam.

De

# De Baptismi

## Sacramento.

Quid est Baptismus?

*Act. 2.8.*

**E**ST nouæ Legis primum, & Mar. 16.  
maximè necessariū Sacramētum, Ioan. 3.  
tum, in ablutione corporis ex= Tit. 3.  
teriori, & legitima verborum enun= Matt. 28.  
tiatione iuxta Christi institutionem Conci. La  
confistens. Nec solum adulis. sed etiā teranen.  
paruulis necessarium est, & efficax Viennæ.  
ad salutem æternam consequendam. et Mileui.  
Sic enim generatim Légitimator ediz. Dyonyss.  
xit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua de cœlesti.  
& Spiritu sancto, non potest introire Hierar.  
in Regnum Dei. Et alibi quoque: Non Ioan. 3.  
est voluntas ante Patrem qui in cœ= Matth. 18  
lis est, ut pereat unus de pusillis istis. August. de  
Perirent autem non baptizati etiam nupt. et cōcupis. li. 1.  
paruuli, sicut olim in Synagoga incircuncissi. Genes. 17.  
Iam cum sit unum Baptisma Ephe. 4.  
Christi fideliū, hoc semel acceptum, Cō. Nice.  
nefarium est prorsus iterare. Hebr. 6.

H ij

Quæ

## DE SACRAMENTO

Quæ circa hoc Sacramentum  
præcipue sunt notanda?

**E**lementum abluens, eius signifi-  
catio, Verbum, & effectus Bapti-  
smi. Elementum, est aqua simplex, ma-  
teria ad hoc necessaria, quæ natura  
sua fordes omneis abluere solet. Cui  
respondeat significatio, quæ per aquam  
nobis ostendit, Baptismi propriū esse,  
animam emundare peccatis, & homi-  
nem, ut dicemus, iustum reddere.

*Ioan. 3.*

*Ephe. 5.*

*Tit. 3.*

*1. Cor. 6.*

*Concil. La-*

*terane. &*

*Florentin.*

*Ego te baptizo in nomine Patris,*

*& Filii, & Spiritus sancti.*

Quem fructum & effectum  
præstat Baptismus?

*1. Cor. 6.*

*Rom. 6.*

**E**um planè, quem docente Christo,  
ac testibus Apostolis Petro &  
Paulo discimus, nimurum per Baptiz-  
mū et peccata remitti, & Spiritum  
dari, ut illic & vetus homo aboleas-  
tur,

*scd* H

*tur,*

tur, & noua fiat in Christo creatura. Basili. in  
 Quippe susceptus ritè Baptismus nō exhorta-  
 hoc modò largitur, vt plenè peccata tione ad  
 omnia condonentur atq; tollantur: sed baptismū.  
 etiam vt Baptizatus planè innoue<sup>s</sup> Aug. ad  
 tur, ac verè innocens, iustus, sanctus, Bonifaciū  
 & cœlesti gloria dignus in Christo cōt. Pela.  
 efficiatur. Ut hinc à Paulo dictum sit 2. epist.  
 omnib<sup>9</sup> baptizatis: Abulti estis, san= Damas.  
 etificati estis: iustificati estis inno= in 4.  
 mine Domini nostri Iesu Christi, &  
 in Spiritu Dei nostri. Tum alibi te=  
 statur idem Apostolus, Baptismum Tit. 3.  
 esse Lauacrum regenerationis & re= Ephe. 5.  
 nouationis Spiritus sancti: Lauacrum 1. Cor. 6.  
 etiam aquæ in verbo vitæ. Et rursus Rom. 6.  
 ille scribit: Quicunque in Christo ba= Acto. 2.  
 ptizati estis, inquit, Christū induit 1. Pet. 3.  
 stis. Scitè Bernardus ac breuiter Sa<sup>r</sup> Galat. 3.  
 cramenti huius effectus precipuos cō= Sermo. in  
 plectitur: Lauamur in Baptismo, in= Cena Do=  
 quit, quia deletur, Chirographū dama minis  
 nationis nostræ, & gratia hæc no-

H iij      bis

DE SACRAMENTO

bis confertur, ne iam nobis concupis-  
centia noceat, si tamen à consensu ab-  
stineamus.

Quid à nobis requirit acceptū  
tanti Sacramenti be-  
neficium?

Primum à nobis summam postulat,  
et assiduam animi gratitudinem,  
ut prædicemus, amemus, et celebre-  
mus eum, qui secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per Laua-  
crum hoc regenerationis et renouati-  
onis Spiritus sancti: quem effudit in  
nos abunde per Iesum Christum Do-  
minum nostrum: ut iustificati gratia  
ipsius, heredes simus secundum spem  
vitæ æternæ. Deinde sic huius Sar-  
camenti mysterium rememorandum  
est, ut identidem seipsum quis ad-  
August. de moneat præclarè illius suæ spōsonis,  
rectitudi- et Christianæ professionis, quam in  
ne Catho. sacro lauacro per sponsores edidit. Co-  
gitet

tit. 3.

gitet igitur Christianus illic se ex conuersio-  
næ filio, & Sathanæ seruo, Dei fit Ambro. de  
lium, Christique membrum & cohæsionis  
redem, viuumque Templum Spiritus myst.  
tus sancti factum esse. Ingressus Rom. 8.  
es Regenerationis Sacrarium, inquit Galat. 4.  
Ambrosius: repele quid interrogatis  
sis, recognosce quid responderis. Re- Ambro. de  
nunciasti Diabolo & operibus eius, initandis  
mundo et luxurie eius, ac voluptatis myst.  
bus. Memor esto sermonis tui, & Idem li. 1.  
nunquam tibi excidat tuæ series cau- de Sacra-  
tionis. Et præclara Pauli, baptizatos Rom. 6.  
omnes adhortantis vox est. An igno- Galat. 3.  
ratis fratres, quia quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte  
ipsius baptizati sumus? Conseulti enim sumus cum illo per baptismum  
in mortem: ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Pas-  
tris, ita & nos in nouitate  
vitæ ambulemus.

DE SACRAMENTO  
De confirmatio-  
nis Sacramento.

Quod est alterum à Baptismo  
Sacramentum?

Lib. 2. con-  
tra literas  
Petiliani.  
Concil.  
Aureli.  
Melden.  
Florent.

C Onfirmatio, que Sacramentū  
est nouæ Legis, æquè sacro-  
sanctum, ut Augustinus in-  
quit, ac ipse Baptismus: quod baptiz-  
zatis confertur, cum impositione ma-  
nuum Episcopaliū, & sacri Chris-  
tatis inunctione.

Vnde nobis comprobatur  
hoc Sacramentum?

Aet. 3. &  
19.

T Estimonium habet à Diuina scri-  
ptura secundū Patrum & Ec-  
clesiæ concordem sententiam atq; in-  
terpretationem. Huc enim spectat,  
quod Lucas Euangelista semel atque  
iterum scribit de Apostolis, qui super  
baptizatos manus imposuerunt: hoc  
signo

## CONFIRMATIONIS. 45

signo utentes visibili Diuinitusq; in-  
stituto, per quod Christo iam initia-  
tis, noua & amplior Spiritus sancti  
gratia conferretur. Quare cum Apo-  
stoli manus illis imposuissent, acceper-  
runt, ut Lucas de iisdem baptizatis Ibidem  
refert, spiritum sanctum, cum accessio-  
ne scilicet ac exuberantia quadam gra-  
tiae spiritualis. Nunc vero, ubi Apo- Hiero. cō-  
stolorum vicem Episcopi gerunt & loz tra Luci-  
cum tenent, non fraudat Deus Eccle- ferianos.  
si am suā bac tam salutari gratia, sed  
per eosdē Episcopos in hoc Sacramēto efficaciter sermo. de  
operator, ut adsit, Cy=unctione  
priano teste, & veritas signo, & Spi=Chrisma-  
ritus Sacramento. Atque hoc perti- tis.  
net veteris Ecclesiæ Canon: Omnes fi- Vrba. Pō  
deles per manus impositionē Episco- ti. & Mar-  
porum, Spiritum sanctum post Bapti- tyr ante  
sum accipere debent, ut pleni Chri- annos  
stiani inueniantur: quia cum Spiritus sub Ale- 1300.  
sanctus infunditur, cor fidele ad pruz xādro Se-  
dentiam & constantiam dilatatur. uero.

Quæ

## DE SACRAMENTO

Quæ necessaria sunt ad cōficien-  
dum hoc Sacramentum?

**T**RIA præcipue ad hoc requirun-  
tur: Sacrameti propria materia,  
certa verborū forma, & minister ido-  
neus. Materia ex oleo & balsamo mi-  
Cypria. de xta est, quæ ab Episcopo consecrata,  
unctione sacri Chrismatis nomine iam olim obti-  
Chrisma- nuit, & in hoc Sacramento fronti, so-  
tis. lemni ritu illinitur. Forma verborum

Basil. de h.ec præscripta est. Consigno te signo  
Spiritu sanctæ Crucis, et cōfirmo te Chrisma-  
sancto. te salutis, In nomine Patris, & Filij,  
Fabia an- et Spiritus sancti. Minister sacramē-  
te annos ti huius solus est Episcopus, ut Apo-  
1290. stolorū exemplum, forma, & traditio  
Acto. 8. tio retineatur. Qua de re iā olim ita

Conci. Flo sancitum accepimus: Manus imposi-  
rēt. Vor- tionis Sacramentum magna venera-  
matien. tione tenendum est, quod ab alijs per-  
Euse. Pō- fici non potest, nisi à summis sacerdos-  
ti. et Mar. tibus: nec tēpore Apostolorū, ab alijs,  
sub Diocl. quam ab ipsis Apostolis legitur &  
scitur

# CONFIRMATIONIS. 46

scitur esse peractum.

Aetor. 8.

Cur autem baptizati, facro Chri-  
smate inunguntur?

E 19.

**Q** Via per Spiritū S. Apostoli ita spiritu  
nobis tradiderunt, sicuti Clemēs sancto.

Easil de

<sup>a</sup> & Dionysius b, Petri Pauliq; Apo= a Epist. 4.  
stolorum discipuli probant. Tradide= b de Eccl.  
rūt autē illi, quod à Domino ipso vtiq; Hierar.  
acceperant, de Chrismate conficiēdo,

vt grauis est testis Fabianus, idem c In Epi. ad  
Christi Martyr, et Pōtifex Ecclesiae. orien. Epi  
Sacrosanctæ etiā Synodi præceptū de scopos.

boc tale extat: Oportet baptizatos Synod.

post Baptismū, sacratissimū Chrisma Laodice.  
percipere, cœlestis regni partici= Lib. 1. Epi  
pes fieri. Rationem Cyprianus reddit, stol. 12. Et  
nimirum vt accepto Chrismate. i. vn= de uncti-  
tione, Christianus esse vncius Dei, et Lib. 15. de  
habere in se Christi gratiam possit, Trinitat.  
teneatque sanctitatem. Atqui vn= Et in seno  
guentum hoc visibile, quo Ecclesia tētūs Pro-  
baptizatos vngit, vt Augustinus dōs sperit.

cet.

## DE SACRAMENTO

cet, significat inuisibilis gratiæ donū,  
quo Spiritus sanctus Christū in pri-  
mis, qui & à Chrismate nomen suum  
trahit, ac deinde Christianos omnes  
internā vñctione imbuit, confirmatq.

Li. de car Vnde pulchrè Tertullianus, velut ad  
nis resur olei naturam alludens, de hoc Sacra-  
rectione. mento scripsit : Caro vngitur, vt aniz  
ma consecretur. Caro signatur, vt anima  
muniatur. Caro manuum imposi-  
tione adumbratur, vt anima spiritu  
illuminetur.

Quis Sacramenti huius est  
vſus & fructus?

Ioan. 3. IN Baptismo regeneramur ad vitā:  
Melchia- post Baptismum autem in hoc Sa-  
des ad Hi cramento confirmamur ad pugnam:  
spaniae E- in Baptismo abluiumur, hoc verò post  
piscopos. Baptismum roboramur, vt regenera-  
tis custos, & consolator, & tutor ada-  
sit Spiritus sanctus. Hæc summi &  
Pontificis, & Martyris Melchiadis  
est doa

## CONFIRMATIONIS. 47

est doctrina, nec dissentit ab eo, quod  
Clemens testatur, se ab Apostolis ipse Epist. 4.  
sis accepisse. Cum regeneratus, in Vixit Apo-  
quies, quis fuerit per aquam, postmodum stolorum  
dum septiformis Spiritus gratia ab tempore.  
Episcopo confirmetur, quia aliter per-  
fetus Christianus esse nequaquam  
poterit. Prodest igitur hoc Sacra- Dionys. de  
mentum mirificè, ut qui fidei myste- Ecclesiast.  
rijs initiati sunt, sicut geniti modò in- Hierar.  
fantes, & adhuc imbecilles, in Chri-  
sto adolescent, atq; corroborētur. Hos  
ceu christianæ militiae tyrones Epi-  
scopus admonet in vñctione, ut aduers-  
sus tot hostes, et quotidiana pericula,  
Spiritu principali confirmantur: Con- Psal. 50.  
signat illis cruce frontē, quæ pudoris August. in  
est sedes, ut constanter & intrepidè Psal. 30.  
nomen Domini confiteantur: Impin- Matth. 10.  
git & alapam, ut Christianam mili- 1. Pet. 2.  
tiam inuicta patientia, exercēdam &  
ornāndam esse sibi, perpetua memo- Luc. 21.  
ria retineant.

De

DE SACRAMENTO  
De Eucharistia  
Sacramento.

Quid significat nomen  
Eucharistiae?

Vide Al-  
gerum de  
hoc Sacra-  
mento scri-  
bentem.

Orige. cō-

tra Celsū.

Et Augus.

cōtra ad-

uersa. Le-

gis & Pro

phe. lib. 1.

monet,

pro quibus accep-  
tis,

gratiarū

mirabilius,

efficacius,

salubriusve,

hoc uno nomi-

ne de-

signatur.

Et recte

tanquam bona

Et Augus.

gratia,

seu gratiarum

actio dicta est,

quia precepiū

& maximū

Dei donū,

omnis gratiæ

fonte et authore

summorumq;

nos bonorū ad-

lara-

1. Tim. 3.

quod Christus Iesus dominus noster

de Virgine

natus,

Cruci

affixus,

& in

gloriam

assumptus,

se nobis totum ita

lar-

largiatur, ut etiam nunc Corpus San-  
guinéumque suum verè sumamus, illi  
per hoc Diuinum Sacramentum pror-  
sus incorporemur.

Ioan.6.  
Cyril. lib.  
10. in Ioā.  
Et Hilar.  
de Trinit.  
lib.8.

Quæ in hoc Sacramento præ-  
cipuè continentur?

**T**Ria continet Eucharistia: species Matth.26  
visibiles, veritatem Corporis & Luc.22.  
Sanguinis dominici, et spiritualis gra- Ambros.  
tie virtutē. Quod enim oculis nostris Lib. 4. de  
apparet, species sunt visibiles, panis Sacramē-  
tidelicet et vini. Quod autē sub specie tis.  
ciebus ijsdem Fides nostra, non ratio, Damas.  
cōprehēdit, id verū Corpus & Sanguis in 4.  
est Christi Saluatoris. Ceterum quod Matt. 26.  
participatione Sacramēti huius cōse- August.  
quimur, eximia quædam est spiritus Tractatu  
S. gratia, fructus nimirū & effectus, in Ioā. 26  
vti ostēdemus salutaris Eucharistiae.

Quæ sunt præcipua de hoc Sa-  
cramento capita scitu  
necessaria.

Ea

## DE SACRAMENTO

**E**A quinque potissimum sese offerunt: Primum de veritate Eucharistiae. Alterum de panis & vini transubstantiatione. Tertium de adoratione eius. Quartum de eiusdem oblatione & Sacrificio. Postremum de sumptione ipsius sub altera vel utramque specie. De his enim praecepit hac quidem tempestate scire, magnum est operae premium.

Quid igitur de veritate Eucharistiae sentiendum?

**I**oan. 6. **D**oplanè, ut cum tota Ecclesia contra et ibidem Ioseph Capernaütas certò credamus, Cyrillus sub speciebus panis & vini vera Christi carnem, ac verum eius sanctissimum. quinem in Eucharistia exhiberi, misericordia Lateranæ. nosterio quidem sacerdotis, virtute Constatie. autem ac potentia Domini nostri Iesu Christi, apud quem impossibile non Psal. 148. est omne verbum. Ipse dixit, et facta sunt, ipse mandauit, et creata sunt.  
**Dixit**

Dixit autem in cœna illa pridie quam Ambros.  
 pateretur, instructa, cum panem pris lib. 4. de  
 mūm, ac deinde calicem suis manibus Sacramē-  
 apprehēdisset, cumque de huius Sacra-  
 tis. Matth. 26.  
 menti tū institutione, tū veritate cer- Mar. 14.  
 tos omnes reddere vellet: dixit, inquit,  
 planissimè: Hoc est corpus meum. Di-  
 xit: Hic est Sanguis meus. De qua in- Ioan. 6.  
 stitutione dixit et antea. Caro mea ve- Vide Hi-  
 rē est cibus, & Sanguis meus verē est lar. 8. de  
 potus. Dixit: Ego sum panis viuus qui Trinitat.  
 de cœlo descendī: Si quis māducauerit  
 ex hoc pane, viuet in æternū: & pa-  
 nis quem ego dabo, caro mea est pro  
 mundi vita. Nec obscura sunt alia tū  
 Euangelistarum, tum Apostoli Pauli Mar. 14.  
 testimonia, quæ nobis hanc fidem luce Luc. 22.  
 clarius adstruunt, in Eucharistia Chri 1. Cor. 10.  
 stum totum, secundum Diuinam hu- O. 11.  
 manamque naturam existere, & nobis Matth. 28.  
 cum manere usque ad seculi consummationem.

Quid autem verba efficiunt con-

I secrat-

DE SACRAMENTO  
secratoria, quibus panis & vi-  
num à Sacerdote vice Chri-  
sti consecrantur?

Amb. li. 4

de Sacra-  
mentis.

Theoph.  
i 26. Mat.

2. Synod.

Veronen.  
Vercelle.

Lateranē.  
Et Florēt.

a Lib. 4.

Ambro. 3.

et 4. de Sa-  
cramētis.

Et Damas.

in 4. cum  
Can. de

Cōf. dist. 2

Matth. 28

Mar. 14.

Theophil.

Hoc certò efficiunt, vt omnipotē-  
ti Christi virtute per verba illa  
operante, panis quidem in Corpus: vi-  
num autem in Sāguinem Domini, su-  
bitō & supernaturaliter transmutatio-  
tur. Hæc verè stupēda transmutatio,  
non immeritò Transsubstatiatio, tum  
à Synodis, tum à Patribus appellata  
Corpus Sanguinemq; Christi conuer-  
tatur, siue, vt Ireneus ait, transmu-  
tetur. Si enim valuit tantum sermo  
Christi, vt ignem de cælo deuocaret,  
nō valebit Christi sermo (sic enim col-  
igit Ambrosius) ut species mutet ele-  
mentorum? At qui Christi sermone ni-  
hil apertius, dum ait, Hoc est Corpus  
meum: Hic est Sanguis meus: ne quis  
& ibidem omnino putet post consecrationem esse

panem & vinum in Eucaristiā.

Estne

Est' ne venerandum nobis,  
adorandumq; hoc Sa-  
cramentum?

**E**st maximè. Sic postulante à nobis  
officio Religionis, ut quæ adesse in  
Eucharistia credimus, cultu quoq; de-  
bito prosequamur creaturæ Creatorē,  
serui Dñm atq; Redēptorē Opt. Max.

August. in

Psal. 98

Deut. 6.

Ex 10.

Matth. 4.

Apoc. 14.

Psal. 94.

Hebr. 1.

De quo Scriptura ipsa pronūciat: Psal. 71.  
Adorent eū omnes Angeli. Et rursus: Ex 21.  
Adorabunt eū omnes reges terræ, om- Matth. 2.  
nes gentes seruient ei. Laudantur er- Ioan. 9.  
go Magi, similesq; nōnulli apud Euā- Matth. 14.  
gelistas, quod Christo adhuc in carne Ex 28.  
mortali honores diuinos exhibuerint, Luc. ult.  
coram eo procidentes, eumq; adoran- Ambro. in  
tes. At qui nobis idem nunc est Chri- oratione  
stus in Eucharistia, non mortalis, sed ante Missā  
immortalis, omni gloria & virtute Psal. 94.  
prorsus admirabilis. Quam fidē reli- Basil. in  
gioſo corporis animi q; cultu iure tecum dialog. de  
stamur, dum nostræ humilitatis, & Grego. 4.  
debitæ gratitudinis officium coram Dialogo.

Iij tre-

DE SACRAMENTO

tremenda illa, semperque reuereda Dei  
Maiestate exhibemus.

Ioan. 6.

1.Cor. 10. Quid porrò de Altaris Sacri-  
ficio credendum est?

Aug. Epi-

stol. 120. **I**D procul dubio, institutam esse Eu-  
de Ciuita. charistiam non in eum vsum tan-

Dei lib. 7. tūm, vt à Christianis velut alimētum  
et contra salutare sumatur: vndē cibus, po-

Faustum tus, viuus ac vitæ panis dicitur, sed  
lib. 20. etiam vt tanquam summum et pro-

Cypri. lib. prium noui testamenti sacrificiū of-

2. Epist. 2 feratur: vt hinc iam olim nomen ac-

et 9. ceperit hostiæ, Sacrificij, victimæ, ob-

Aug. 3. o- ratione cō in iugem passionis Dominicæ memo-

tra Iud. riam, et gratiarum actionem, atque vt

Chryso. et credetibus pro sit ad huius et futuræ

Ambro. in epist. ad vitæ mala depellēda, bonaque impetrā-

Hebræos. da: neque solū viuis, sed etiā defunctis

Damas. in pro sit in remissionem peccatorū, sicut

4. Istd. de è scriptura Diuina et traditione Apo-

Divi. offi. stolica grauiissimi Patres asseuerant.

Hoc

Hic est demum illud iuge Sacrifi- Danie. 12.  
 cium, quod aliquādo ablatum iri Da- Num. 28.  
 niel testatur. Ad hoc spectat Sacerdo- Genes. 14  
 tium secundum ordinem Melchise- Hebr. 7.  
 dech, quod etiā David in Christo fu- Psal. 109.  
 turum prædicat Hæc oblatio munda, Sic Malat-  
 quæ Iudaicæ legis sacrificijs quam- chiā inter-  
 plurimis vnicè succedens, apud gētes pretātur.  
 in omni loco, id est, toto orbe terrarū, Martial.  
 ad celebrandum Dei & Redemptoris Irene. Ori-  
 nostri nomen, offertur atque sacrifi- gen. Aug.  
 catur, ut apud Malachiam legimus. Eusebi.  
 Hæc est Missæ oblatio, Sacrificium, Missæ no- men legis  
 Liturgia. Cui testimonium omni ex- a pud Cle-  
 ceptione maius præbent <sup>a</sup> Canones A- mente, Ig-  
 postolorum, Sanctæ Synodi b magnus na. Ale-  
 consensus & vsus perpetuus totius xand. 1.  
 Ecclesiæ Græcæ & Latinæ, Orientaz <sup>a</sup> Cano 3.  
 lis & Occidental. Quod Missæ Sa- & 9.  
 crificium (si rem omnē æquè perpen- b Nicen.  
 dimus,) est reuera Dominicæ paßio- Ephe. 6.  
 nis, et illius cruenti sacrificij, quod in Synod. 9.  
 cruce pro nobis est oblatum, sancta  
<sup>c</sup> c.

I iij quedam

## DE SACRAMENTO

quædā & viua repreſentatio, atq; ſic  
mul incruenta & efficax oblatio.

Aug. cōtr.

Hinc fit, ut memoria, fides, et gra-  
& Proph. titudo noſtra in Redemptorem iſum  
Vide Miſ. viuida excitetur, cōfirmetur q̄ ſecun-  
ſam Baſil. dūm illud: Hoc facite in mei comme-  
Chryſoſt. morationem. Quorū verborū Ec-  
Ambroſ. clesia tā ſedula interpres fuit, ut om-  
Gre. Iſid. nem incruenti huius Sacrificij exter-  
Luc. 22. num ornatum, vefteſ ſacras, vafa, ri-  
1. Cor. 11. tutis, aetionēſque omneis ita iſtitue-  
De Cære. rit, ut ob oculos circumſtantium nihil  
Miſ. uide aliud quām commemoratio illa ſancta  
Dyon. c. 3 obſeruetur. Hinc fit itidem, ut obla-  
coeleſtis. tionis Christi in cruce factæ & Re-  
Hierar. demptionis fructus, nobis atque cre-  
Iſid. Rem. dentibus itidem omnibus, tam dea-  
& Tuiti. functis quām viuis applicetur.

Dyonis. c. Quare Cyprianus, Sermone de Cœ-  
7. Eccles. na Domini, hoc Sacramentum ad ſa-  
Hierar. nandas infirmitates, & purgandas  
Epiph. cō- iniquitates, tum medicamentum, tum  
tra Aeriū. holocaustum eſſe teſtatur. Martialis  
verò,

verò, Apostoli Petri discipulus, ita Ad Burde  
scribit: Quod Iudæi per inuidiam im-  
molauerunt, putantes se nomen eius à  
terra abolere, id causa salutis nostræ  
in aram sanctificata proponimus, scien-  
tes hoc solo remedio nobis vitam præ-  
standā, & mortem effugiendā. Omit= Vide locū  
timus interim eiusdē fidei ac senten= cōm. Hof-  
tiæ testes patres alios, ut institutano= meisteri-  
bis breuitas retineatur.

Ex quibus liquidò constat, Chri- Ephes. 5.  
stum dici, & esse nobis Sacrificium Augu. cōt.  
duplici modo, cruento videlicet ac Faustum  
incruento. Nam in cruce cruentum lib. 20.  
ille Sacrificium pro nobis obtulit se Ephe. 5.  
se, ut typo Paschalis agni, qui apud Heb. 10.  
Iudeos immolabatur, verus ipse ag= Exod. 12.  
nus sine macula, id est, figuræ veri=

tas, responderet. In cœna Verò sicut  
& in altari, modo, cultuque incruen-  
to, quemadmodum & Cyrillus con-  
tra Nestorium vocat, idem offerri vo-  
luit, ut oblatio Melchisedech, quæ Gene. 14.

I iiii sub

## DE SACRAMENTO

- Heb. 7. sub specie panis vinique, celebrabatur,  
Hieron. consummationem suam acciperet, mas-  
cap. 26. in neretque verus Sacerdos secundum ordiz  
Matth. & nem Melchisedech, & illius sacer-  
dotium esset in eternu, nullo unquam  
Titum. alio succedēte. Illic semel, et uno dura-  
taxat in loco Iudeæ, peregit Sacrifi-  
Hebr. 9. cium, de quo Paulus Hebræis differit:  
Ambro. in hic verò sepius, & omni in loco, seu  
eande. ca. per omnem passim Ecclesiam sacrificia-  
9. & 10. catur, ut Malachias Propheta cōfir-  
ad Heb. mat. Illic in mortem offertur, hic in  
Malac. 10 mortis illius iugem recordationem, et  
Hebr. 10. salutifera eius, quae inde velut à capia-  
& ibidem te ad membra dimanat, participationem.  
Chrysost. Photius. Est'ne sub altera tantu panis sci-  
Decume. licet, an verò sub vtraque panis  
ac vini specie, sumenda  
Eucharistia?

Gelasius de Conse. **D**E Sacerdotibus quide, seu sacrificia-  
dist. 2. ca. cantibus constat, ambas Sacra-  
menti species illis esse sumendas, sine  
quibus

quibus etiam neque ritè consecrare, Comperi-  
neq; offerre possent vñquam Eucharis- mus, &c.  
tiam. Cuius rei causam ex Sacrificio Relatum.  
ipso pendentem reddere, hic iam ne-  
cessere non est. De alijs verò fidelibus  
nō sacrificantibus illud fatendum est,  
nunc vnam tantum, nunc vtrang; spe-  
ciem aliquando ei dispensatam fuisse Hic toties  
in Ecclesia sicut & Scriptura, vbi de in Cōci. sit  
hoc Sacramento differit, modò panis mentio de  
& calicis, modo panis solius meminit. cōmunion-  
Neque verò Christi nobis hic exem= ne laica  
plum deest, qui in Emaus cum duobus  
discipulis agens, sub vna solū specie  
porrexit illis Eucharistiam, ac postea  
statim illinc se subduxit, sicut Euā-  
gelicum hunc locum Patres interpre-  
tantur. Proinde dammandi non sunt,  
sive qui nunc vnika contenti specie,  
ab vsu calicis abstinent, & multis ab  
hinc seculis prius abstinuisse legun- Chrysost.  
tur: sive qui olim cū ita probaret Ec; in Matth.  
clesia, vtramque specie in vsu publico & Aug.  
babuere.

seu pereg.  
Ioan. 6.

1. Cor. 10.

& 11.

Act. 2. 20

Luc. 24.

& ibidem

Theoph.

Beda.

Chrysost.

in Matth.

& Aug.

## DE SACRAMENTO

**lib. 3.** de  
consensu. **Euange.**  
**Eusebius**  
**li. 6. Eccl.**  
**hist. et Cy**  
**pri. ser. 5.**  
**de lapsis.**

habuere. At magister rerū v̄sus pau-  
latim docuit, maiore cum populi com-  
moditate, ac minore periculo, multisq;  
de causis frugiferè fieri posse, si omis-  
so calicis v̄su, alterius tantum speciei  
communio retineretur.

**1. Tim. 3.**  
**Cypri. de**  
**simplicit.**  
**p̄lator.**

Atq; ita faciendum iamdiu decre-  
uit Ecclesia, non discedens quidem à  
Sponsi sui instituto p̄ceptōve (co-  
lumna enim & firmamentum veritaz-  
tis est, & mysteriorum Dei fida dis-  
pensatrix) sed potestatem à Spōso ac-  
ceptam in dispensandis mysterijs ad  
ædificationem, communemq; fidelium  
vtilitatem conuertens, prout tempo-  
rum hominumque conditio postula-  
re videtur.

**Matth. 26**  
**Mar. 14.**  
**Luc. 22.**

Quod vt rectius etiam intelliga-  
tur, Euangelij certè nobis verba de-  
clarant, Christum in cœna cum illis  
egisse, quibus potestatem fecit nō sua  
mendæ modò, sed etiam consecrandæ  
offerendæq; Eucharistiæ, imò & or-  
dinan-

dinandæ & administradæ totius Eccl. Acto. 20.  
 clesiæ. Horum iudicio, prudentiæ & 1. Pet. 5.  
 authoritati reliquit, cum de alijs ple= Luc. 10.  
 risq; ad rem Christianā spectantibus, Ephe. 4.  
 tum de modo ordineq; dispensandæ fi-  
 delibus Eucharistie, ius in posterum  
 constituendi, atque pro ratione tem-  
 porum ritè disponendi. Id probat 1. Cor. 11.  
 etiam ex Paulo Augustinus, & mul= Ad inqui-  
 tis Apostolorum institutis euincifa= stiones Ia-  
 cilè potest. nuarij.

Nec est cur Plebeis iniuria irro= Matth. 18.  
 gari vlla putetur, si vt in plerisq; iti= Ioan. 20.  
 dem alijs, hac in parte non æquantur 1. Tim. 3.  
 sacerdotibus. Nam in confessio est,  
 Christum non esse dissectum in partes  
 duas secundum duo Sacramēti huius  
 signa, sed tā sub una quam sub vtraq;  
 specie, immò sub vnius etiam hostiæ  
 consecratæ particula Christum to= Et de Cōf.  
 tum exhiberi atque sumi, videlicet dist. 2. ca.  
 cet secundum carnem, animam, sanguini= Qui mā-  
 nem, Diuinitatem. Vbi autē Christus singuli-  
 totus

## DE SACRAMENTO

totus sumitur, illic deesse non potest  
integer quoque fructus & gratia tan-  
ti Sacramenti. Quapropter nulla hic  
Laici utilitate fraudantur, siue rem  
ipsam in Sacramento contentam, Chris-  
tum scilicet Deum & hominem spe-  
ctes, siue fructum & gratiam, que Eu-  
charistiam sumentibus ad animarum  
salutem donatur, queras: sed tantum  
hi sub altera accipiunt, quantum aliij  
digne hic accedentes sub utraq per-  
ciperent.

**Augustin.** Qua de re vel ambigendi, vel dis-  
ad Ianua. ceptandi amplius nullus iam relictus

**Ioan. 14.** est locus, posteaquā Spiritus sanctus,  
**Cor. 16.** (qui iuxta promissiōē Christi docet,

**Luc. 22.** ac regit Ecclesiam,) certam nobis &  
explicatam sententiam edidit, editaq;

**Synod.** confirmavit, sacrosanctae Synodi non

**Basil. ses-** violanda autoritate. Eius senten-  
**sione 30.** tiae verbasi quis requirit, breuiter  
sic habent.

**Fideles Laici, siue Clerici commu-  
nicans**

nicantes, et nō conficiētes, non astrin-  
guntur ex præcepto Domini ad susci-  
piendum sub utraq; specie, panis scic-  
licet & vini, sacram Eucharistiæ Sac- Ioan. 14.  
cramentum. Sed Ecclesia quæ regitur 16. & 17.  
spiritu veritatis secum manente in 1. Tim. 4.  
æternum, & cum qua Christus manet Matib. 28.  
Usque ad consummationem seculi, (si-  
cut ait Diuina scriptura) ordinare ha-  
bet, quomodo ipsis non conficientibus  
ministretur, prout pro reuerentia ip-  
sius Sacramenti, & salute fideliū vi-  
derit expedire, etc.

Ac rursus in alia Synodo: cum hu- Concil.  
iusmodi consuetudo (communicandi Constan-  
laicum populū sub una specie) ab Ec- session. 13.  
clesia & sanctis Patribus rationabi-  
liter introducta, & diutissimè obser-  
uata sit, habenda est pro Lege, quam  
non licet reprobare, aut sine Ecclesiæ  
authoritate pro libito mutare.

Hæc sacrosanctorum Synodorum  
doctrina est, ac sanctio nō leuiter pro-  
mulgata,

## DE SACRAMENTO

mulgata, quam Christianus etiam or-  
bis agnoscit, recipit, ac retinet magno  
consensu populorum: iamque tot secula  
lis in usu habet, ut eiusmodi Commu-  
nionis initium nequeat commonstrar

Augu. cō- ri. Quare mirum est adhuc reperiri,  
tra Cre- qui priuatae pietatis Specie ducti, alia  
scon.lib.1. ter statuant, & hac in parte cum no-  
1.Tim.3. uis Ecclesiæ contemptoribus aduersus  
Matth.18 venerandam totius Ecclesiæ authoris-  
tatem confipient. His verendum est  
sanè, ne dum externa Sacramenti figura  
nata tantopere vrgent, fructum ipsum  
internum, adeoq; Christū totū amittan-  
Augu.li.2 tant. Quandoquidem neque Fides,  
cōt.lite- neque Sacraenta vlla prosunt, nisi  
ras Petili. persistētibus in Ecclesiæ unitate: Cu-  
Et lib. 21. ius quidē unitatis maximū est Sym-  
de Ciuita- bolū Eucharistia, nullū idcirco frus-  
te Dei. etum præbens Hæreticis atque Schis-  
smaticis, quod hāc scindant unitatem.

Quem fructum exhibet ritè  
sumpta Eucharistia?

Plus

PLurimum sanè maximumque præbet. Hoc enim sacrum est conuiuium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Paßionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur: ut præclarè horum fructuum sensu experientiaque excitata decantat Ecclesia.

Ioan. 6.

&amp; ibidem

Hic est Panis qui de cœlo descēdit, Theophi.  
 & dat vitam mundo, nostrisque animos in vita spirituali sustentat atque ac Cyril.  
 confirmat. Hæc sacra synaxis siue Orig. in c.  
 communio, quæ fideles tanquam eiusdem corporis membra inter se iungi, ac sanctorum piorumque omnium meritis associari, significat atq; 26. Matt.  
 præstat: Tum quod augustius est, 1. Cor. 10.  
 eosdem capiti suo Christo arctis pulum.  
 simè vnit, ut in eo illi maneant, & Hilar. lib.  
 ipse in illis, atque ita vitam æternam Aug. lib. 2  
 consequantur.

8. de Tri.

Chrysost.

Hom. 9. et

10. ad pp-

pulm.

Ioan. 6.

de uisi. in-

Hoc est viaticū nostræ peregrinatiæ firmorū. onis, quod in huius vitæ deserto mili-

tiaꝝ.

## DE SACRAMENTO

tiāq; versantibus, et hinc ad cœlestem  
Hierusalem contendentibus veluti

Exod. 16. Manna Patribus datum, adfert con-  
Deut. 8. solationem, delectationem, virtutem  
Sapien. 16 & gratiam longè efficacissimam. Hoc  
Ioan. 6. est corpus Christi (ut egregiè docet  
Bernardus) ægris medicina, peregrin-  
nantibus via: quod debiles confortat,  
valentes delectat, languorem sanat:  
per hoc homo mansuetior ad correpti-  
onem, patientior ad laborem, ardētior  
ad amorem, sagacior ad cautelam, ad  
obedientiam promptior, ad gratiarum  
actionem deuotior.

Quænam ad Eucharistiam dignè  
sumendam, eiūsque fructus  
consequendos re-  
quiruntur?

1. Cor. 11. Serm. de aduentu Domini. **E**xpedita est Apostoli responsio:  
Probet seipsum homo, et sic de pa-  
ne illo edat: quemadmodū & Augu-  
stinus dixit: In Christi corpore vita  
nostra

nostra cōsistit: mutet ergo vitam, quē  
vult accipere vitam. Hæc autem pro-  
batio sui, & vitæ mutatio in quatuor  
potissimum rebus versatur, ut adsit  
fides, pœnitentia, mentis attentio, &  
Christiani hominis habitus decens.

Fides hoc postulat, ne de his quæ dia-  
ximus, aliisque similibus ad hoc mys-  
terium pertinentibus quicquam du-  
bites. Id fiet, si simpliciter quidem in  
fide atque sententia Ecclesiæ, ut est 1. Tim. 3.  
sanè necessariū, per omnia acquiescas. Orig. li. 1.

Pœnitentia, de qua mox plura di- Periarch.  
cemus, peccatorum detestationem, & Chrysost.  
explicatam coram Sacerdote confes- Hom. 3. in  
sionem, impetratamque absolutionem Matth.  
exigit. Animus deinde præsens acce- Et Aug. in  
dat necesse est, qui se se per meditatio- Ioā. Euā-  
nes, & orationes pias ad hoc tantum gel. tract.  
Sacramentum conuertat. Demum 26. & in  
Christiani decens habitus & compo= Psal. 98.  
sitio postulat, ad sacram synaximne= Ambro. in  
minem nisi iejunum, modestum, bus ante Miſā

K milem,

## DE SACRAMENTO

Aug. ad Ia milēm, supplicē, minimeq; sordidum,  
nuariū, et accedere oportere. Qui verē sacram  
Serm. de Eucharistiam indignē sumunt, non  
aduentu vitam, sed iudicium sibi sumunt, &  
Domini. rei sunt Corporis & Sanguinis Domini  
1. Cor. 11. Apostolo teste.

## De Pœnitentia Sacramento.

Quid est Pœnitentiæ Sacramētū?

**E**S T, in quo Sacerdotalis abso-  
lutio à peccatis, quæ detesta-  
tus, riteq; confessus quis fue-  
rit, impetratur. Quam absoluendi po-  
testatem ut in Ecclesia certam habe-  
remus, Diuina promissio sacerdotibus  
facta hæc fuit: Accipite Spiritū san-  
ctum, Quorū remiseritis peccata, re-  
mittūtur eis: et quorum retinueritis,  
Ioan. 20. Matib. 18 retenta sunt. Rursus verò, Amen dī-  
co vobis, inquit Dominus. Que cung  
allie

alligaueritis super terrā, erūt ligata  
et in cælo: Et quæcumq; solueritis super  
terrā, erūt soluta & in cælo. Ex qui-  
bus verissimū cernitur, quod Chryso= Chryso.de  
stomus palā affirmat: Nostris Sacer= Sacerdo-  
dotibus nō corporis leprā, verūm ani- tio lib. 3.  
mæ fôrdes nō dico purgatas probare,  
sed purgare prorsus concessum est. Et  
Augustinus eadem ratione concludit: August.de  
Quid facit Ecclesia, inquiēs, cui dictū uerbis Do  
est, Quæ solueritis, soluta erunt nisi mini.  
quod ait Dominus ad discipulos: Solz Ioan. 11.  
uite illum, & sinite abire.

Cur opus est Pœnitentiæ  
Sacramento?

**V**T homo post Baptismū relapsus, Ambro. li.  
& inimicus Dei factus, Deo res de penitē-  
concilietur, & remissione peccato- tia 1. et 2.  
rum accepta, per hoc Sacramētum re= Tertull.  
surgat, & reuiuiscat ad vitam spiri= Hierony.  
tualem. Vnde Patres pœnitentiam, super Da-  
non temerè secundam post naufragielem.

Kij gium

## D E S A C R A M E N T O

August. de gium Tabulam vocat, quæ scilicet ex  
nera & vortice mortalis peccati tanquam è  
sal. pocni- naufragio subuchi, & in gratiā amis-  
tentia. citiamq; Dei transferri unusquisque  
Ezech. 18. posset, quantumlibet multis magnisq;  
Ez 33. criminibus sit prægrauatus.

Quando hoc Sacmentum  
ritè accipitur & efficaci-  
ter operatur?

Concil. CVM is, qui remissionem peccatorum implorat, tres illas partes seu  
Florentin. actiones adhibet, Contritionem vide-  
August. licet, Confessionem, & Satisfactionem,  
Hom. 50. lib. 50. que totam hominis ad Deum conuer-  
sionem & renouationem complectun-  
tur. De quibus ita Chrysostomus: Per-  
ad populifecta pœnitentia cogit peccatorē oma-  
nia libenter ferre: in corde eius con-  
tritio, in ore cōfessio, in opere tota hu-  
militas. Hanc esse frugiferam pœni-  
tentiam Chrysostomus asserit, ut qui-  
bus modis Deum offendimus, offendis-  
mus

mus autem corde, ore, ac opere, ijsdem  
reconciliemur Deo: corde qui dem per  
contritionem, ore per confessionem, ac  
opere per satisfactionem. Ad contri-  
tionem pertinet illud, Sacrificiū Deo Psal.50.  
spiritus contribulatus, cor contritum  
& humiliatum Deus non despicies.

Confessionem his verbis Lucas in-  
dicat: Multi credentium, inquit, ve- Act.19.  
niebant confitentes & annunciantes  
aetos suos. Et Iacobus Apostolus do-  
cet: Confitemini alterutrum peccata Iacobi 5.  
vestra. Ad satisfactionem porrò spez & ibidem  
etiam digni pœnitentiae fructus, quos Beda.  
Iohannes Baptista postulat, inter quos Matth.3.  
& eleemosynæ. De his autem Daniel Luc.3.  
Propheta: Peccata tua, inquit, elee= Daniel.4.  
mosynis redime, & iniquitates tuas  
misericordijs pauperum. Grande sce Ambros.  
lus grandem habet necessariam satis= ad uirg.  
factionem, ait Ambrosius. lapsam.

**E**st animi dolor, & quæ de peccatis  
K iij concia

## DE SACRAMENTO

concipitur detestatio , cum proposito  
vitæ in melius comutandæ coniuncta.

**Chryso. in** Hæc contritio paratur, si quis peccat  
**Psalm. 50** catorum suorum fœditatem , magnis  
Et de cōtudinem , ac multitudinem sedulō in-  
punc. cor. tueatur : si de summa bonitate offensa,  
lib. 2. de Dei gratia , cæterisque donis a-  
**Basil. in** missis sollicitè cogitet: si mortis incer-  
**Psal. 33.** tæ ineluctabilem necessitatem , futu-  
**Hebr. 9.** ri iudicij seueritatē , ac paratas etiam  
**Soph. 1.** peccatoribus pœnas sempiternas ex-  
**Matth. 25** pendat atque pertimescat. Huc per-  
**Mar. 9.** tinet illud Ezechiae: Recogitabo tibi  
**Esa. 38.** omnes annos meos in amaritudine a-  
nimæ meæ. Et illud Davidis: Iniqui-  
**Psalm. 50** tatem meam ego cognosco , & pecca-  
tum meum contra me est semper.  
Idemq; alibi , A iudicijs tuis timui.  
Quin & manifesta Dei vox est ad

**Apoc. 2.** peccatorem : Charitatem tuam pri-  
mā reliquisti:memor esto itaque unde  
excideris, & age pœnitentiam. Sed &  
**Luc. 12.** Christus in Euangelio . Timete eum,  
inquit,

inquit, qui postquam occiderit, habet  
potestatem mittere in gehennam: ita  
dico vobis, huc timete. Iam verò Con-  
tritionis hic dolor natus, ita demum  
ad remissionem peccatorum nos præ-  
parat, si cum fiducia Diuinæ miseri-  
cordiae votoque præstanti ea, quæ  
ad Sacramentum hoc spectant, con-  
iungatur.

Est ne confessio necessaria?

**E**st utique, non solum autem, ut De hac  
quidam falso autumant, interior Chrysost.  
quæ coram Deo quotidie facienda est Hom. 42.  
Dauidis exemplo, qui ait: Dixi, con= in Matth.  
fitebor aduersum me iniustitiā meam Psal. 31.  
Domino: verū etiam exterior illa, Ambr. li. 11  
quæ apud Sacerdotem de criminis de poenit.  
bus peragit omnis, quæ post Aug. li. 2.  
examinatam sedulò conscientiam in de uisitat.  
mentem homini veniunt. Ita de ho= infirmo.  
minibus Ecclesiæ primitiæ scriptum Chrysost.  
est: Multi credentium veniebant in Matth.  
Actor. 19.

missus

K. iiii

cons

## DE SACRAMENTO

confitētes, & annūciantes actus suos.  
6.Synod. Quām confitendi rationem esse ne-  
Conci.Flo cessariam non Ecclesiæ modò sacra iu-  
rent. ra, & Patrum veneranda scripta cō-  
Clemens firmat: sed etiam Christi Diuina ver-  
ad Iaco. ba concludunt declarantꝝ, cum ait:  
Leo in E- p̄fist. 89. Quorū remiseritis peccata remittun-  
& 57. tur eis: & quorum retinueritis reten-  
Ioan. 20. tasunt. At qui remittere, vel retinere  
et in hunc peccata (cum iudicis hæc sint officia)  
locū Gre- nullus reētē potest Sacerdos, nisi illo-  
gor. hom. rum causa probè cognita atq; perspe-  
Et Chrys. ëta sit. Quæ causæ cognitio prius fieri  
de Sacer- non potest, quāmis qui expendendum  
do.lib.3. se sacerdoti ut Iudici ac medico suo,  
Dyony. absoluendumꝝ constituit, spontanea  
ad Demo- confessione vulnera sua sigillatim dea-  
philum. tegat, atque ita aperiat, vt Sacerdos  
Concil. quid ligādum sit, quidve soluendum,  
Later. & explicate cognoscere queat.  
Florent. Hieron.in Quomodo Patres de Confes-  
c. 6. Mat. sione scribunt?  
Clemens H I certè non modò confitendi uti-  
litatem

litatem & vsum, qui semper in Eccles. ad Iaco.  
sia fuit: sed ius etiam atque necessitas Orig. in  
tem nobis magno consensu commen= Psal. 37.  
dant comprobant̄. Ut autem è pluri= Chrys. lib.  
mis paucos & probatiſsimos illos te= 3. de sacer  
ſtes producamus, ſic habet in primis dotio.

magnus ille Basilius: Necessariū vi= In regula  
detur his, quibus diſpensatio Myſte= monacho-  
riorum Dei commiſſa eſt, conſitenda rū. Et inſt.  
eſſe peccata. Sic enim & hi qui anti= monaſt.

quitus peneitebant, inueniuntur apud  
ſanctos confeſſi eſſe peccata ſua. Tum Serm. 5.

Cyprianus: Confeanteur, inquit, ſin= De lapsis.  
guli, quæſo vos fratres, delictū ſuum,  
dum adhuc qui delinquit in ſeculo eſt,  
dum admitti eius coſfeſſio poſteſt, dum  
ſatisfactio cuiusque & remiſſio facta  
per Sacerdotes apud Dominum grata  
eſt. Accedit his Auguſtini ſententia, Lib. 2. de  
qui ait: Sunt, qui ſufficere ſibi ad ſauſitatem in-  
lutem autemant, ſi ſoli Deo, cui nihil firm. cap.  
occultum eſt, quem nullius latet con= 4. & lib.  
ſcientia, ſua confeanteur criminis: 1. cap. 2.

Nolunt

autem

## DE SACRAMENTO

Eum in Nolunt enim, aut erubescunt, siue dea  
Psalm. 66 dignantur se ostendere Sacerdotibus,  
Leuit. 14. quos tamen inter lepram & lepram  
Luc. 17. discernere per Legislatorem consti-  
tuit Dominus. Sed nolo ut ipsa deci-  
piaris opinione, quatenus cōfundaris  
confiteri coram Domini Vicario, vel  
tabescens p̄er rubore, vel ceruicosus  
p̄e indignatione. Nam ipsius simili-  
ter subeundum est iudicium, quē Do-  
minus sibi non deditur vicarium.  
Ergo ad te venire roges Sacerdotē, &  
fac ipsum conscientiarum tuarū penit-

Epist. 91. tus participem. Nec minus est euīdēs,  
ad Theodo- quod Leo ille Magnus scriptū religēt:  
dorū Epis. Multiplex misericordia Dei ita lapsis  
bus subuenit humanis, ut non solum  
per Baptismi gratiam, sed etiam per  
p̄enitentiae medicinam spes vitæ re-  
paretur æternæ, ut qui Regeneratio-  
nis donum violassent, proprio ē iudic-  
cio condemnantes, ad remissionem cri-  
minum peruenirent: Sic Diuinæ bo-  
nitatis

autem

nitatis præsidij ordinatis, vt indul-  
gentia Dei nisi supplicationibus Sa-  
cerdotū, nequeat obtineri. Mediator 1. Tim. 2.  
enim Dei et hominum, homo Christus  
Iesus hanc præpositis Ecclesiæ tradi-  
dit potestatem, vt & cōfidentibus fa-  
tisfactionē pœnitentiae darent, & ea-  
dem salubri satisfactione purgatos ad  
communionem Sacramētorum, per ia-  
nuam reconciliationis, admitterent.

Quid porrò de Satisfactione  
sentiendum est?

**I**D videlicet, quod alia Christi Re- Hebr. 9.  
demptoris propria, alia fidelium pœ- Ephe. 5.  
nitentium communis fit Satisfactionio. 1. Ioan. 2.  
Illa semel in corpore Christi crucifi- Ioan. 1.  
xi, dum agnus ille mundi peccatum Ephe. 2.  
lit, peracta est, vt qui natura sunt iræ 1. Cor. 15.  
filii, Deo reconcilientur. 2. Cor. 5.

Hæc verò quæ ad pœnitentes per- Cypri. li. 3  
tinet, à Christi membris in Ecclesia Epist. 8.  
quotidie peragitur, cū pœnitentes post &  
Confes-

## DE SACRAMENTO

Tertul. de Confessionem ea quæ Sacerdos absolo  
poeniten. uens iniunxit, perficiunt, aut cum ul-  
tro quidem dignos pœnitentiæ fructus  
edimus. Quæ vindictoria simul &  
emendatoria quedam est satisfactio,  
& Redemptoris Christi beneficium  
atque satisfactionem adeò non obscu-  
rat, ut magis etiam commendet, illu-  
stret. Illa enim præeunte ac præci-  
pue cooperante, iudicium facimus &

Isa. 59. iustitiæ, iuxta Diuinam scripturam,  
Ezech. 18 delicta nostra contra nosipos vindicantes,  
2. Cor. 7. & residuas in nobis peccatorū  
Psal. 50. reliquias diluētes, Dei gratiam no-  
& ibidem Chrysoft. bis pleniorem conciliantes atque pros-  
merentes.

Cui rei luculentum præbent exem-  
plum David & alij, quos in cilicio, ci-  
lone 3. nere, gemitu, luctu, jejunis, alijq; af-  
3. Reg. 21. flictionibus pœnituisse constat, et hinc  
Matth. 11. Deo grati & approbati fuisse legun-  
Iudit. 4. tur. Huc etiam spectant illa: Peccata  
Loel. 2. tua eleemosynis redime. Item, Cōuer-  
timini

timini ad me in toto corde vestro, in Dani. 4.  
 ieunio, & fletu, & planctu. Et quod Ioel. 2.  
 Paulus docet, tristitiam quæ secundum 2. Cor. 7.  
 dum Deum est, operari vindictam:  
 quodq[ue] idē scribit: Si nos ipsoſ dijudicemus,  
 caremus, non utique iudicaremūs à  
 Domino. Ea propter non est, cur de  
 satisfactionis nomine, quod certè Pa-  
 tribus perquām familiare est: disce-  
 ptemus, cùm in scripturis res ipsa  
 perspicuè proponatur.

Profer aliquot Patrum de Sa-  
 tisfactione sententias.

Cyprianus ille, sanctiss. Martyr, Ser. 5. de  
 et testis grauiſſimus, in hunc mo- latris.  
 dum docet: Deus quātum Patris pie- Idem li. 1.  
 tate indulgens est, tantū Iudicis Ma- epist. 3. ex  
 iestate metuendus est. Alto vulneri lib. 3. Epi-  
 diligens & longa medicina non desit: stol. 14.  
 pænitētia crimine minor non sit: ora-  
 re oportet impētus, diem lucretutran-  
 sigere, vigilijs noctes ac fletibus in-  
 somnes

## DE SACRAMENTO

somnesducere, tēpus lachrymosis oca-  
cupare lamentationibus, stratos ad-  
hærere cineri, in cilicio voluntari &  
Serm. 5. sordibus. Idemq; rursus: Rogandus est  
De laſſis. Deus, & satisfactiōne noſtra placan-  
dus, delicta noſtra reputanda, actus  
noſtri & animi ſecreta voluēda, con-  
ſcientiæ merita ponderāda. Nec mul-  
tò pōst: Pœnitentiæ iter quod oſtendit  
antifte, amplectamur: remedia vita-  
lia, que de Scripturis cœleſtibus il-  
le depromit, aſſumamus, & ex vul-  
neribus etiam occultis, quorum exo-  
mologeſin fecimus, exponentes apud  
eum conſcientiæ noſtræ pondus, ſaluz-  
tarem medicinam exquiramus: nec  
ceſſemus in agenda pœnitentia, atque  
in domini misericordia deprecanda,  
ne quod nimis eſſe in qualitate deli-  
eti videtur, in neglecta Satisfactio-  
ne cumuletur.

Hom. 50. Et Auguſtinus clarissimè dixit:  
lib. 50. Non ſufficit mores in melius cōmuta-  
re, &

re, & à factis malis recedere, nisi etiā Hom. et in  
 de ijs quae facta sunt satisfiat Deo per Enchirid.  
 humilitatis gemitum, per cōtriti cor= cap. 70.  
 dis sacrificiū, cooperatibus eleemosy= nis. Tum alibi quoque sic idem habet: Hom. 2.  
 Quomodo nullus dies est, in quo homo in Apoca.  
 posset esse sine peccato, sic nullo die  
 debet esse sine Satisfactionis reme= dio. Et apud Hieronymum legimus in In Epita= bunc modū: Affligendū corpus, quod phio Pau= multis vacavit delitijs, longus risus l.e.  
 perpeti compensandus est fletu, mol= lia linteamina, & serica preciosissi= ma asperitate cilicij cōmutāda. Tum In Malac,  
 rursus: Peccator dormiat in sacco, &  
 preteritas vitæ delitias austерitate  
 compenset. Eodem spectans Ambro= Lib. de  
 suis, Qui agit pœnitentia, inquit, non pœnitit,  
 solum diluere lachrymis debet peccas= tum suum, sed etiam emendationis fa= etis operire & tegere superiora fa= etia, ut ei non imputentur. Atque idem  
 alibi: Grandi plague alta & prolixæ  
 opus

## DE SACRAMENTO

Ad uirgi- opus est medicina. Grāde scelus gran-  
nē lapsam demnecessariā habet satisfactionem.

Est'ne Satisfactioni etiam post  
mortem locus?

**A**D hoc explicandum varia mori-  
entium conditio est obseuanda.

**I**n oratiōe Horum enim, alij gratiam Dei vi-  
Manassis tæg innocentiam ad finem usque cons-  
penitētis seruāt: ad quos pertinet, quod scriptu-  
ra testatur, Iustis & ijs qui non pec-  
cauerunt, ut Abraham, Isaac, & Ia-  
cob, pœnitentiam non esse positam.

Alij peccauerunt quide, & ex ac-  
cepta Dei gratia exciderunt, sed cri-  
minum sordes dignis pœnitentiæ fru-

**I. Reg. 12.** c̄tibus expiarūt: ut Dauid, Ezechias,  
**Psal. 6.** Petrus, Magdalena. Vtrūq; hoc ge-  
**Esa. 38.** nus nulla post mortem eget satisfacti-  
**Matth. 27.** one, sed ab ea prorsus est liberum.

**Luca 7.** At longè plures sunt homines me-  
**In Enchi.** dij generis morientes, nec valde boni,  
**cap. 110.** nec valde mali, ut Augustinus indiz-  
cat,

eat, qui peccatorum suorum pœnitentiam in vita perfectam non præstite et ibidem runt, ideoque per ignem saluandi, ut quod Origen. satisfactioni pro hac vita conuenienti Ambros. tis defuit, in altero seculo iustitiae di Hierony. uinæ persoluatur. Nihil enim coinq. quinatum intrabit in sanctam illam ciuitatem.

Huiusmodi ergo defunctis, ut ad questionem propositam respondeamus, subeunda est quedam, et grauis illa profecto post mortem satisfactio. Quam interim Deus pro ingenti clementia sua relaxare consuevit, pie- tate viuorum intercedente, ut defuncti suorum in Ecclesia fratrum, adeoque membrorum adiuti suffragijs, a peccatis, horrendisque peccatorum pœnis re- leuentur. Et hoc spectat, quod sacræ scripturæ tradit authoritas, Sancta et salubris est cogitatio, pro defunctis orare, ut a peccatis soluantur. Unde laudatus est Iudas ille Machabæus,

L. quod

1. Cor. 3.  
et  
ibidem  
ut quod Origen.  
satisfactioni pro hac vita conuenienti Ambros.  
tis defuit, in altero seculo iustitiae di Hierony.  
uinæ persoluatur. Nihil enim coinq. quinatum intrabit in sanctam illam ciuitatem.

August.  
Gregor.  
Apoc. 21

Psalm. 14  
et 23.

August. in

Psalm. 37

August.

lib. 20. de

ciuit. Dei.

et Dama-

eti, suorum in Ecclesia fratrum, adeoque membra-

sermo. de

bis qui ex

hac uita

migra-

runt 2.

Macha. 12

Ibidem.

## DE SACRAMENTO

quod singulari religione ductus pro mortuorum peccatis non preces modo, sed etiam sacrificium offerri sollicitè atque sumptuosè curarit.

Concil.

Carthæ.

4.ca.79.

¶ 95.

Braccar.

1. & 2.

Lib. de  
cura pro  
mortuis  
gerenda.

De ciuita-

te Dei, li.

21.

August. de  
uer. Afos.

In hanc sententiam concedunt veritatem Synodi, & Patres, qui veram Ecclesiæ doctrinam tradiderunt. Ex quibus ut unus pro multis, idemque sive dignissimus testis Augustinus profertur. In secundo inquit, Machabæorum libro legimus oblatum promortuis sacrificium. Sed si nusquam omnino in scripturis veteribus legitur, non parua est universæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret authoritas, ubi precibus Sacerdotum, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio animarum. Et rursus alibi: Purgatorias penas nullas futuras opinandum est, nisi ante illud ultimum tremendum iudicium. Et quid illis verbis luculentius? Orationibus sanctæ Ecclesie,

siæ, inquit, & sacrificio salutari & serm. 32.  
 eleemosynis, quæ pro eorū (defuncto- Et in En-  
 rum) spiritibus erogantur, non est duo chirid.ca.  
 bitandum mortuos adiuuari, vt cū eis 109 et 110  
 misericordius agatur à Domino, quam  
 peccata eorum meruerunt. Hoc enim a lib. 4.  
 à Patribus traditū vniuersa obseruat epist. 2. et  
 Ecclesia. Sic Augustinus ante M.CC. li. i. epi. 9.  
 annos, vt interim eo vetustiores etiā, b in Leui.  
 Cyprianū a, Origenem b, Dionysium, c de Eccl.  
 Clementem d, in hac doctrina maxi- Hierar.  
 mè consentientes prætermittamus. d epist. 1.  
 e in 1. cap.

Quocirca Chrysostomus e, palam  
 hortatur, vt pro virib[us] & ipsi de-  
 functos iuuemus, & alios qui pro ip-  
 sis oreant, cōmonefaciamus: Non enim  
 frustra ab Apostolis sanctum est, vt  
 in celebratione venerandorum my-  
 steriorum, memoria fiat eorum, qui Epiphan.  
 hinc decesserunt. Nouerunt illis cōt. Aeri.  
 multum hinc emolumenti fieri, mul- & Au.de  
 tum utilitatis. Ita Chrysostomus. Hoc hæresibus  
 est demum, quod aduersus Aërianos In Psal. 37

L ij Eccle-

## DE SACRAMENTO

Origen. in Ecclesia fida Scripturæ interpres usq;  
Hiere. & docuit ignem esse quendam purgatorum  
Leuit. in rium seu emendatorium, ut Augusti.  
Enchir. ca. nus appellat, eoꝝ pœnas peccatorum,  
110. Et de quas hic Pœnitentianō diluit, defun-  
cura pro catis in Christo fidelibus luendas &  
mor. gerē expiandas esse, nisi prout Augustinus  
da, ca. 1. 4 loquitur, viuentium suorum pietate  
& 18. illi releuentur.

Quæ commendatio ac dignitas  
est Pœnitentiæ?

Matth. 3 Mar. 1. Luc. 15. Matth. 7. & 11. Augst. de regnum cœlorum. Hæc lapsos erigit,  
poeniten. saucios curat, imbecilles roborat, mor-  
tuos viuificat, perditos restituit, om-  
niaꝝ demum quæ peccatum vitiat,  
Pœnitentia in nobis redintegrat. Hac  
Dæmones & vitiorum pestes supera-  
mus:

mus: hac meritas pœnas auertimus, Hiere. 18.  
 Dei placamus iram, conciliamus graꝝ Ezech. 18  
 tiam, & gloriām æternām comparaꝝ & 33.  
 mus: Hinc illæ Christi voces in Euān= Iona 3.  
 gelio: Pœnitentiam agite, appropinꝝ Matth. 3.  
 quauit enim Regnum cœlorum. Non 2. Cor. 7.  
 veni vocare iustos, sed peccatores ad Acto. 11.  
 pœnitentiā. Nisi pœnitentiā habue= Matt. 3. 9.  
 ritis, omnes similiter peribitis. At is Luc. 13.  
 demum veram pœnitentiā agit, ut  
 Cypriani verbis hæc omnia concludat Cyp. ser. 5  
 mus, qui Dei & Sacerdotis præceptis Delapsis.  
 obediens, & obsequijs suis & operis  
 bus iustis Dominum promeretur.

## De Sacramento

### Extremæ vñctionis.

Quid de Sacramento Extremæ Concil.  
 vñctionis credendum est? Florent.  
 Hierony.  
 ID ipsum nempe quod Catholica Eccl. et Beda in  
 clesia constanter docet, signum hoc c. 6. Mar.  
 L. iiij esse

## DE SACRAMENTO

esse sacram in consecrato oleo institutum, ut per illud cœlestis virtus ad salutem applicetur ægrotis ex Diuina institutione. Cui Sacramento testimoniū longè clarissimum præbet B. Iacobus.

**Iacobis.** cobus Apostolus, quum in hæc verba August. li. scribit: Infirmatur quis in vobis, in 2. de visit. ducat presbyteros Ecclesiae, & orent infirmor. super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmū, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittetur ei.

Quid his verbis docet  
Apostolus?

**P**rimum Sacramenti huius ostendit elementum seu materiam oleum In 6. cap. esse, quod rectè Hieronymus cōsecre Marci. tum oleum vocat, quia solenni benedictione per Episcopos consecratur. Si Et Innoc. ad Episco. gnificat autem hilaritatem animi & Eugub. cōfortationem internam, quæ per Dei gratiam Sacramenti huius virtute ab ægroto

ægrotō percipitur. Deinde per Apo=  
stolum designatur Sacramenti ministratio. Chrys.lib.  
ster proprius, nimis Sacerdos, 3. de Sa-  
qui sacram hanc Vnētionem cum ora= cerdotio.  
tionibus decēter exerceat, ita nō fru=  
stra de Apostolis est scriptum: Vnge= Marc.6.  
bant oleo multos ægrotos & sanaban= & ibidem  
tur. Tertiō, qui suscipiunt hoc Sacra=  
mentum, à Iacobo dicti sunt infirmi,  
quoniam, ut Ecclesiæ mos est, in gra= Beda.  
uibus & periculis infirmitatibus Innocent.  
tantū sacra isthæc vñctio celebratur. ad Decē-  
tiū Episc. Florent.  
& Conci.

Quis est Sacramenti huius  
fructus & effectus?

C onfert primum ad remissionem  
peccatorum, quæ quidē ab ægrotō  
pœnitentiae remedij non sunt expur= Tertul. ad  
gata. Deinde prodest ad corporalē in=  
firmitatem vel depellendam vel alle= Scapulā.  
uiādam, quatenus expedit eam ægrotō Aug. lib. 2.  
to recuperare. Postremo ad consola= de uist.in-  
tionem & fiduciam subministrādam firmorum.

L iiii iuuat,

## DE SACRAMENTO

iuuat, quia sanè insupremo illo agone  
exituque anime opus est maximè,  
quando & cum doloribus maximis, et  
cum horrendis Dæmonibus morituri  
est grauißimè conflictandum. Atque  
hoc est quod per Apostolum suū Deus  
Iacobi 5. promisit: Oratio fidei saluabit infir-  
mum, & alleuiabit eum Dominus, &  
si in peccatis fuerit, remittentur ei.  
Ad quos quidem designandos effectus  
etiam olei natura seu nativa vis pul-

In cap. 6. chrè cōgruit, ut explicat Theophilas.  
Marci. Etius. Quocirca retinendum est pror-  
Lib. de re sus, quod saluberrimè monet Augu-  
Etitudine stinus: Qui ægrotat, inquiens, in sola  
catholicæ Dei misericordia confidat, & Eucha-  
conuersa- ristiā cum fide ac deuotione accipiat,  
tionis. Oleumq; benedictum fideliter ab Ec-  
clesia petat, vnde suum corpus vngas-  
Iacobi 5. tur, & secundum Apostolum, Oratio  
fidei saluabit infirmum, & al-  
leuiabit eum Do-  
minus.

De

# De Ordinis

## Sacramento.

Quid est Ordinis Sacramētum?

**E**ST, quo singularis gratia ac potestas spiritualis quibusdā traditur, ut munus in Ecclesia ex professo gerat. Hoc est Sacramen-  
tum, per quod, velut ostium, necessaria rīo intrant legitimi dispēsatores my-  
steriorum & eloquiorum Dei, mini-  
stri Christi & Ecclesiæ, Episcopi,  
Presbiteri, Diaconi, ac quotquot de-  
num in Ecclesiasticis munijs obeūdis  
ritè & cum autoritate versantur.  
Nemo autem, vt Scriptura testatur,  
sibi sumit honorem, exercendorū vi-  
delicet ministeriorum Ecclesiæ, nisi  
qui vocatur à Deo tanquam Aaron:  
hoc est, nisi Sacramento visibilis Or-  
dinationis initiatus, et legitimè ordi-  
natus missus & fuerit ad opus certimi-  
ni sterij,

Concil.

Florent.  
Ambro. in  
12. cap. 1.

ad Corin-  
tum, 1. Cor. 4.

Mala. 1.  
1. Tim. 3

Ephe. 4.  
1. Cor. 14.

Ephe. 4.  
Hebr. 5.

Actor. 1.

Cypri. lib.  
4. epist. 2.

Tertul. de  
Pres. hæc-

Matth. 10.  
Luce 9.

## DE SACRAMENTO

Mar. ult. nisterij, quod in Ecclesia pro suo sta=  
Ioan. 20. tu gerat iuxta leges Diuinæ & Apo=  
Act. 13. stolicæ Traditionis.  
Tit. 1.

Nόnne omnes Christiani ex  
æquo sunt Sacerdotes?

Hiero. cōtra Luci. **M**inimè quidem. Etenim si propriè  
nomē Sacerdotij accipimus, dun=ferianos. taxat quadrat ijs, quibus authoritas  
& potestas ex instituto Christi facta  
est consecrandi offerendique sacram  
1. Cor. 1. Eucharistiam: Episcopalia item mu=Rom. 10. nia exercendi, peccata insuper tum  
1. Cor. 12. remittendi, tum retinēdi in Ecclesia.  
Ioan. 20. De quibus nouæ Legis Sacerdotibus  
1. Tim. 5. seu Presbyteris ita Paulus: Qui benè  
præsunt Presbyteri, duplici honore  
digni habeantur, maximè qui laborat  
in verbo & doctrina. Id quod cōgrueret  
non potest mulieribus, quas in Ec=  
1. Tim. 2. clesia idem Apostolus non docere ius=1. Cor. 14. bet, sed tacere: neq; omnino plebeis cō=  
Ioan. 21. uenit, quorum est ouium more, pasci  
non

etiam in

non pascere , regi non regere , nec se 1.Pet. 5.  
præferre , sed subiucere , & subiacere & 2.  
Præpositis , & quæcumq; hi siue boni , Hebr.13.  
siue mali , in cathedra sedentes dixe= Rom.13.  
rint , audire , seruare , et facere , ut ver= Matth.23  
bo Dei præcipitur . Quapropter sicut Luc.10.  
in Ecclesia triumphante Angelis sunt 1.Ioan.4.  
ordine ac potestate differētes , qui in Ephe.1.  
iuncta sibi munia decenti quadam se= Colos.1.  
rie obeunt , ac fideliter exequūtur : sic Danie.7.  
militas etiā Ecclesia (quæ domus Dei , cæles hie- Dionys.de  
& velut castrorū acies quædā ordi- rarchia.  
nata est ) ministros habet sibi peculia= 1.Tim.3.  
res , à reliquis Christianis seiūctos , & Cant.6.  
pulchro ordine inter se diſpositos ad Anaclet.  
publica & communia Ecclesiæ mini- et Isidorus  
steria peragenda : nimirum ut pro Distin.21.  
Christiano populo in his que ad Deum , Heb.5.  
salutemq; animarum ſpectant , suas 2.Cor.5.  
illi operas ex professo ac pro dignita= Heb.13.  
te prætent . Rom.13.

Quo loco Scriptura testimonium  
huic Sacramento præbet?

Illic

## DE SACRAMENTO

Acto. 6. **I**lllic scilicet, ubi de Apostolis legi-  
1. Tim. 4. tur, quod in Ecclesiae ministris de-  
2. Tim. 1. ligendis, instituendis, atque ordinan-  
Amb. lib. 3. dis usi sunt manuum impositione. Hoc  
de Dignit. enim veluti symbolo certo & efficaci  
Sacerdo. presentis gratiae, quae in superiorum  
Ordinum collatione exhibetur & ac-  
cipitur, Sacramentum illud nobis est  
commendatum. Quare Paulus ad Tis-  
motheum a se creatum Episcopum scri-  
bens, & acceptae in hoc Sacramento  
gratiae illum admonens: *Noli, inquit,*  
1. Tim. 4. *negligere gratiam quae in te est, quae*  
& ibidem data est tibi per prophetiam cum im-  
Theoph. positione manuum Presbyterij. Et rur-  
2. Tim. 1. sus ad eundem: *Adinoneo te, ut resus-*  
Concil. *cites gratiam Dei quae in te est, per im-*  
Basilien. *positionem manuum mearum.*

Quoniam vero permagni refert,  
quales in Ecclesia, quibuscunque niu-  
nijs præficiatur, & Ecclesiastica po-  
testatem ex hoc Sacramento accipiat,  
ad omnem Episcopum dicitur. Manus  
citò

*cito nemini imposueris, neque come-  
municaueris peccatis alienis.*

1. Tim. 5.

*Leo in epi-*

*stol. 65.*

*Concil.*

*Cart. 4.*

*& Laodi.*

*Ignat. ad*

*Antioch.*

*Diony. de*

*Ecc. Hier.*

*Luc. 9.*

*& 10.*

*Quot gradus in se continet  
hoc Sacramentum?*

**G**eneratim quidem minores ordi-  
nes maiiores continent: Minores  
scilicet quatuor, Ostiariorum, Lecto-  
rum, Exorcistarum, et Acolithorum:  
Maiores vero tres, nempe Subdiaconi-  
norum, Diaconorum, ac Presbyterorum.

Ex Presbyteris porrò alij maiores, Cyp. lib. 1.  
alij minores à Christo instituti inueniuntur. Maiores enim Presbyteri li. 3. epis.  
Apostoli sunt, eorumque successores 9. Ign. ad  
Episcopi, magna sanè potestate & rebus Philadel.  
uerenda dignitatis prærogativa ex-  
cellentes. Nam horum est (Scriptura  
teste) attendere sibi & vniuerso gre-  
gi, quem à Spiritu sancto curandum 1. Petr. 5  
pascendum accipiunt, regere Eccle- Hebr. 13  
siam, ea quæ desunt corrigere, perci- Ad Tit. 1  
uitates item Presbyteros constituere.

*Minores*

## DE SACRAMENTO

Luc. 10. Minores verò Presbyteri sub Episcopis, sicut septuaginta duo illi discipulis sub apostolis, in Ecclesiæ ministerio deseruiunt, dona & sacrificia pro peccatis offerunt, atq; in curanda Dominica Messe tanquam operarij secundum illos existūt. Verum præsentis instituti nō est, quæ singulis Ordinibus functiones & leges præscriptæ sint, enucleare. Illud sanè constat, magno in pretio cunctos Ordines habendos, ac sedulò retinendos esse. Firmum enim testimonium illis præbet sacra Ambro. in Traditionis Apostolice Ecclesiastice epistol. ad cœq; obseruationis disciplina, quæ ad Eph. ca. + nos vñq; transmissa perdurat.

Quomodo veteres Patres  
de hoc Sacramento  
scribunt?

Li. quæst. C Erat Augustinus doctor verè Catholicus suam & Ecclesie sententias

tentiam his verbis manifestè decla= uite tam.  
rat : Quod insufflasse in discipulgs Et li. 2. cō.  
Dominus legitur , post dies paucos lite. Par-  
resurrectionis suæ , & dixisse : Accie meniani.  
pice Spiritum sanctum , Ecclesiastic. Ioan. 20.  
ca potestas collata intelligitur esse.

Quia enim omnia in traditione do-  
minica per Spiritum sanctum agun-  
tur , idcirco cum regula eis & for-  
ma traditur huius disciplinæ , dici-  
tur eis : Accipite Spiritum sanctum.  
Et quia vere ad ius Ecclesiasticum  
pertinet , statim subiecit , dicens ,  
Cuius tenueritis peccata , tenebun-  
tur : & cuius remiseritis , remit-  
tentur ei. In spiratio ergo hæc , gra-  
tia quædam est , quæ per Traditio-  
nem infunditur Ordinatis , per quam  
commendatores habeantur. Vnde  
Apostolus dicit ad Timotheum .  
Noli negligere gratiam quæ est in 1. Tim. 4.  
te , quæ data est tibi per impositi-  
onem manuum Presbyterij . Semel  
ergo

## DE SACRAMENTO

ergo fieri oportuit, ut de cætero Tra-  
ditio ista non sine dono Spiritus sancti  
esse crederetur. Hucusq; Augustinus.

In 6. Sy-  
nodo. Extant & Apostolorum Canones Pus-  
blico Ecclesiæ iudicio recepti, in qui-  
bus hoc modo statuitur: Episcopus à  
duobus aut tribus Episcopis ordina-  
tor: Presbyter ab uno Episcopo ordi-  
nator: ita Diaconus, & reliqui Cleri-  
ci. Tum infrà: Si quis Episcopus, aut  
Presbyter, aut Diaconus, aut Hypo-  
diaconus, aut Lector, aut Cantor sa-  
cram Quadragesimam non ieunaua-  
rit, aut quartam feriam, aut Parasce-  
uen, (hoc est, sextam feriam) Ordine  
mouetur, nisi forte infirmitas corporis  
impediat. Caius vero, antè annos M.  
Vide insi- CC. Pontifex & Martyr illustris hos  
gnes Cano ipsos gradus & Ordines sigillatim re-  
nes 61. di- censet, quū ait: Si quis Episcopus esse  
stinction. meruerit, primò Ostiarius, deinde Le-  
ctor, post exorcista, deinde sacerdutur  
Acolijthus: dehinc vero Subdiaconus,  
Dia-

Diaconus, & poste à Presbyter: exinde si meretur, Episcopus ordinetur.

Laudat igitur Cyprianus Cornelium Lib. 4. E-  
Episcopum, ac bonis omnibus tum in pīst. 2. Et  
Clero, tum in populo eūdem laudabili distin. 36.  
prædicatione cōmendariscribit: Quia c. Qui Ec-  
non iste ad Episcopatum subito per- cleſiastī.  
uenit, sed per omnia Ecclesiastica offi-  
cia promotus, & in Diuinis admini-  
ſtrationibus Dominum ſepe prome-  
ritus, ad Sacerdotij ſublime fastigium  
cunētis Religionis gradibus ascendit:  
tum deinde Episcopatum ipsum nec  
poſtulauit, nec voluit, nec vi inuafit:  
ſed quietus, modeſtus, caſtus, humi-  
lis, verecundus, demum et coactus ex-  
cepit. Quos igitur Ordines, vetus, &  
Apostolica probauit Ecclesia, ſicut a de Eccl.  
a Dionysij, b Anacleti, c Ignatij & ſcri- Hier. ex  
pta declarat, eosde ætas omnis comple ad Demo-  
xa posterior, ſuo etiā iure conſeruat. philum.  
b dist. 21.

Quis est Ordo in Ecclesia  
magis celebratus?

M

Presby=

c Ad An-  
tiochenos.

## DE SACRAMENTO

Presbyterorum Ordo, siue Sacerdotium: de cuius ingenti semperq; reuerenda dignitate Chrysostomus & Ambrosius libros integros ediderunt. De quo Magnus etiam ille Ig-  
Epist. ad Smyrnens. natius: Sacerdotiū, inquit, summa est  
ses. omniū honorū, qui in hominibus con-  
sistunt: quod, si quis in honora uerit,  
Deum in honora uerit, & Dominum Iesum  
Christum primogenitum totius crea-  
turæ, & solum natura principem Sa-  
cerdotem Dei. Sic ille. Quin & dilu-  
Malach. 2 cide testatur Diuinū oraculū: Labia  
Et distin. Sacerdotis custodient sciētiam, & le-  
42. c. Sit gemi requirent ex ore eius: quia An-  
rector. gelus Domini exercituum est. Et rur-  
Deut. 17. sus: Qui superbierit, nolēs obedire Sa-  
& Cypri. cerdotis imperio, qui eo tempore mi-  
li. 1. epist. nistrat Domino Deo tuo, ex decreto  
3. & 8. iudicis morietur homo ille, & aufe-  
res malum de Israēl, cunctisque po-  
pulus audiens timebit, ut nullus de-  
inceps intumescat superbia. Hinc &  
Apostol.

Apostolus iubet: *Aduersus Presby= 1. Tim. 5.*  
 terum accusationē noli recipere, nisi Vide 2.  
 sub duobus aut tribus testibus. Idque Epist. Fa-  
 ad Timotheum Ephesiorum Episco= biani.  
 pum scribitur, sicut & illud: *Qui be= 1. Tim. 5.*  
 né præsunt Presbyteri, duplice hono-  
 re digni habeantur: maximè qui lae-  
 borant in verbo & doctrina.

Quid verò de malis Sacerdo-  
 tibus est sentiendum?

**D**Iuina isthac est ordinatio, quæ Eccl. 7.  
 non potest aboleri, ut non boni chryso. in  
 modò, sed mali quoque Sacerdotes in Gen. Aug.  
 Ecclesia honorentur: *Vult enim in Epist. 137.*  
 suis ministris agnoscí, recipi, audiri,  
 atque obseruari ille qui dixit: *Super Matth. 10*  
*Cathedram Moysi federūt Scribæ &*  
*Pharisæi. Omnia ergo quæcunque di- Luc. 10.*  
*xerint vobis, seruare & facite: secū= Matth. 13.*  
*dum autem eorum opera nolite face= Et c. Secū*  
*re. Dicunt enim, & non faciunt. dum, Di- stinct. 19.*

M ij Iam

## DE SACRAMENTO

Cyp.lib.1. Iam inter malos delectus quidam ha-  
Epist. 3. bendus est, ut quod ad munus autho-  
Chrys.ad ritatemq; docendi spectat, illis tatum  
Heb.cap. fidem obedientiamq; deberi intelli-  
Quiesca- gamus, qui ab Episcopis legitimè or-  
mus,dist. dinati ac missi, sanam Ecclesiæ doctri-  
42. &c. nam profitentur. Qua de re sapienti-  
Adiçimus simè monet, atque hunc in modum do-  
16.q.1. cet antiquissimus Irenæus: Ijs qui in  
Lib.4.c. Ecclesia sunt Presbyteris obaudire o-  
43.Vide eundem portet, & qui successionem habent ab  
lib.3.c.2. Apostolis, & qui cum Episcopatus  
successione Charisma veritatis acces-  
perunt: Reliquos verò qui absunt à  
principalis successione, quocunque loco  
colliguntur, suspectos habere, vel quasi  
hæreticos & male sententiæ, vel quasi  
Lib.3 &r scindentes & elatos. Nec multò post:  
44. Ab omnibus talibus absistere opora-  
tet: adhaerere verò his, qui Apostolia-  
cam, sicut prædiximus, doctrinam cu-  
stodiunt, & cum Presbyterij Ordine  
sermonem sanum, & couersationem  
sine

sine offensa præstant, ad confirmatio-  
nem & correctionē reliquorum. Hæc  
Irenæus ille, qui sancti Ioannis Euans  
gelistæ discipulum Polycarpum præ-  
ceptorem audiuit. Et hæc Tertullia: Li. de præ-  
no causa fuit, cur hereticis exproscriptio-  
brans diceret: Ordinationes eorum bus hære-  
temerariæ, leues, inconstantes. Nunc ticonum.

Neophytes collocant, nunc seculo ob-  
strictos, nūc Apostatas nostros: Ut eos  
gloria obligent, quia veritate non pos-  
sunt. Nusquam facilius proficitur,  
quam in castris rebellium, ubi ipsum  
esse illic promereri est. Itaq; alius ho-  
die Episcopus, cras alius: hodie Dia-  
conus, qui cras Lector: hodie Presby-  
ter, qui cras Laicus. Nam & Laicis  
sacerdotalia officia iniungunt. Huc-  
usq; Tertullianus.

Quæ virtus est huius Sacramen-  
ti & quis effectus?

E Ximia certè virtus est, et effectus  
M iij mult-

## DE SACRAMENTO

Concil. multiplex. Nam qui septem his Or-  
Florent. dinibus, quos diximus, ritè initiātur,  
et Aug. Dei consequuntur gratiam & pote-  
li. 2. cōtra statem spiritualem, ut quæ ad Ordin-  
līter. Par- num ipsorum functiones proprias per-  
meniani. tinent, salubriter exequantur, ac in-  
ter Deum, Deique populum idonei mi-  
nistris sint cōstituti. Vnde Ambrosius:  
In 12. ca. In loco Ordinis officij Ecclesiastici po-  
a. Cor. situs, gratiam habet qualisvis sit: non  
utique propriam, sed Ordinis, per effla-  
ciam Spiritus sancti.

Acto. 6. Habent præterea ijdem ordinati  
13. 14. 15. certum ex eo et illustre testimonium,  
1. Tim. 4. quo se ministeriaque sua commendet &  
Tit. 1. comprobent alijs. Ita fit, ut ijs ordinis  
Et Cyp. li. bus insignes & in ministerium Ec-  
1. Episto. clesiæ segregati recte cognoscantur,  
4. & 6. & suo in loco habeantur, meritoque ho-  
Num. 17. norentur. Væ autem ijs, quos nō daro-  
Hebr. 5. nis à Deo vocati exemplum impellit,  
2. Par. 26 sed animi tumor atque superbia, ad  
instar Oziae Regis, ad Sacerdotalis  
dignitatem.

dignitatis munera quo<sup>m</sup>odocunq<sup>z</sup> oc-  
cupanda obtinend<sup>a</sup>ve p<sup>r</sup>æcipitat. In  
quos Diuinus ille sermo recte compre-  
tit: Non mittebam Prophetas, & ipsi Hiere. 23.  
currebant: non loquebar ad eos, &  
ipsi prophetabant. Quomodo autem Rom. 10.  
p<sup>r</sup>ædicabunt, nisi mittantur? Ut se-  
gregatus ille in ministerium Paus-  
lus, inquit.

Certè Ordine confuso, & sublato Ex Leone  
Sacerdotio, veri & legitimi Ecclesiæ & Greg.  
ministri haud internoscerentur, do- qui citan-  
cendi munus et authoritas vilesceret,  
Sacramentorū dispensatio infidè p<sup>r</sup>æ= distin. 61.  
postérèque curaretur, ac vana etiam & 89.  
foret, functiones Ecclesiasticæ per-  
turbarentur, atque sicut res nunc ip-  
sadoce<sup>t</sup>, nouæ falsæ que doctrinæ pas-  
sim spargerentur, grauibus demum  
& exitialibus motibus identidem  
Ecclesia concuteretur. Quapropter 1. Cor. 12.  
Apostolus Paulus, non modò gra<sup>m</sup> Ephe. 4.  
dus ministrorum in Ecclesia diuersos

M iiii posuit,

## DE SACRAMENTO

posuit, verum etiam quam salutares  
ac necessarij essent, adiunxit, ut affir-  
met Diuinitus eos esse datos Ecclesiæ  
ad consummationē sanctorum in opus  
ministerij, in ædificationem corporis  
Christi, & ut iam non simus paruuli  
fluctuantes, & circumferamur om-  
ni vento doctrine in nequitia homi-  
num, in astutia ad circumventionem  
erroris.

Eoꝝ magis ministrorum istae  
institutio, tāquam nexus firmissimus  
Ecclesiæ, & conseruādæ unitatis pule-  
cherrimum vinculum sedulō retinen-  
da, & in malis etiam Ecclesiæ minie-  
stris (ut diximus) propter Diuinā or-

Epist. 165. dinationem est usq; honoranda. Vnde  
de schis- scripsit Augustinus: In illū, inquiēs,  
mate Do- ordinem Episcoporum, qui ducitur ab  
natistar. ipso Petro usque ad Anastasium, qui  
Et 1. q. 1. nunc eandem Cathedram sedet, etiam  
cap. Non si quisquam traditor per illa tempora  
quales. subrep̄isset, nihil præiudicaret Ec-  
clesiae

clesiae & innocentibus Christianis:  
quibus Dominus prouidet, ait de praes-  
positis malis: Quæ dicunt facite: quæ Mat. 23.  
autem faciūt, facere nolite. Sic duxit.

## De Matrimonij Sacramento.

Quid est Matrimonium?

**M**atrimonium est legitima 27. quæ-  
viri fœminæq[ue] coniunctio, stion. 2.  
quæ cōsuetudinem vitæ in-  
diuiduam retinet. Cuius quidem con= Gene. 2.  
iugalis coniunctionis si primariū au= Matth. 19.  
thorem queris, Deus est Opt. Max. 1. Corin. 7  
sin finem institutionis spectas, est hu= Ephe. 5.  
mani generis propagatio, ac deinde 32. q. 2. c.  
fornicationis in hac naturæ corruptæ sicut.  
imbecillitate deuitatio.

Qua ratione Matrimonium  
est Sacramentum?

Quas

## DE SACRAMENTO

Ambro. in c.5. Ephe. Concil. Constan. & Flare. Hieron. in Matth. ca. Connubia 32. q. 2. & q. 4. cap. Nemo. Hebr. 13. Ephe. 5. Lib. 1. de nuptiis & cōcupisc.

Vatenus ea coniunctio quæ inter virum & uxorem arctissima in- tercedit, congruum & sacrum est sig- num Diuinitus institutum, quo Chri- sti sponsi & Ecclesiæ sponsæ coniunctio tinum. sanctissima, firmissimaque designa- tur. Hoc ipsum signum Christianis con- iugibus, quando matrimonium ritè auspicantur, ad gratiam Dei prodest accipiēdam: nimis ut duo sint, ma- neantq; in carne una secundum suam vocationem, & fiat in eis quod Apo- stolus docet, honorabile connubium in omnibus, & thorax immaculatus. Proinde Paulus idem, ubi coniunctio eiusmodi tractat mysterium, per- spicue dixit: Sacramentum hoc ma- gnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Sic & Augustinus: Non tantum, inquit, fœcunditas, cuius ius fructus in prole est, nec tātum pu- dicitia, cuius vinculum est fides, ve- rum etiam quoddam Sacramentum nupti-

100

nuptiarum cōmendatur fidelibus con= Ephe. 5.  
iugatis. Vnde dicit Apostolus: viri di= ligite vxores vestrarū, sicut et Christus  
dilexit Ecclesiā. Et rursus Fœdus il= August. li.  
lud initum nuptiale, cuiusdam sacra= de bono  
menti res est, ut nec ipsa separatione coniugali.  
irritum fiat.

An dirimi vñquam potest  
Matrimonium?

**M**atrimoniuū dirimi nō posse, Chris=  
tus Dominus apertè testatur,  
cūm ait: Omnis qui dimiserit vxorem. Luc. 16.  
suā, & alterā ducit, mœchatur: et qui Matth. 15.  
dimissam à viro ducit, mœchatur. Ac  
rursus alibi: Quod Deus cōiunxit, hoꝝ Matth. 19.  
mo nō separet. Hac Deilegē et inuios= labile ordinationē Paulus porrò illus= stras, His, ait, qui matrimonio iuncti 1. Cor. 7.  
sunt, præcipio non ego, sed Dñs, vxore  
à viro non discedere: quod si discesse= rit, manere innuptam, aut viro suo re= conciliari. Et vir vxorem non dia= mittat.

## DE SACRAMENTO

Ibidem. mittat. Ac postea subiicit: Mulier al-  
ligata est legi, quanto tempore vir eius  
August. de viuit. Et si igitur nulla etiam proles  
adulter. consequatur, & quaelibet vitæ acce-  
coniugiis. dant incōmoda, durissimiꝝ casus, ta-  
Et de uoto men consummatum semel matrimo-  
& uoti re nium valet: adeoꝝ, ratum & firmum  
demptio est, ut usque indissolubile in omni vi-  
in 6. ta perseveret. Cuius rei causam in

Ephe. 5. Christo ipso statuemus, qui summa,  
Cant. 5. perpetua, et inseparabili prorsus vni-  
one, Ecclesiam sponsam illam vnicam,  
semper ꝑ charissimam sibi adiunxit  
atꝝ copulauit. Neque solūm bæc ip-  
sa quæ inter virum & uxore est con-  
iunctio, vinculi coniugalis habet fir-  
mitatem, verūm etiam omnē inde Po-  
lygamiam, ne vni videlicet plures nue-  
bant, penitus excludit. Quare Chri-  
stus ut Matrimonium & certius con-  
firmaret, & ad purioreꝝ primæuumꝝ

Gene. 2. illum statum reuocaret, significans  
Matth. 19 ter dixit: Erunt duo in carne una. Et:

Iam

Iam non sunt duo, sed una caro. Mar. 10.

Est'ne permisum omnibus  
Matrimonium?

**M**inimè. Tradiderunt enim sancti Apostoli, ut Epiphanius inquit, Epiphan. peccatum esse, post decretam virginis cōtra se- tatem ad nuptias conuerti. Idque tale etiam An- ac tantum esse peccatum asserit Hie= gelinorū. ronymus, ut dicat, Virgines quæ post Lib. 1. con consecrationem nupserint, non tam adulteras esse, quam incestas. Et Au- gustinus ait: Virgo quæ si nuberet, nō In Psalme peccaret: sanctorum si nupserit, 82. & in Christi adultera reputabitur. Proinde Psalm. 75. de quod apostolus habet, Melius est 1. Cor. 7. nubere quam viri, prout Ambrosius dicit Li. ad cor sertè pronunciat, ad nō pollicitam, ad ruptam nondum velatam pertinet. Cæterum virginem: quæ se spopondit Deo, & sanctum ve- lamen accepit, iam nupsit, iam im- mortal nupta est viro: & si iam vo- luerit nubere communī lege coniugij, adulteria

## DE SACRAMENTO

adulterium perpetrat , ancilla mortis  
L. si quis efficitur . Sic Ambrosius . Vnde semper  
C. de san- laudatum fuit Iouiniani Imp. Rescri-  
Etīs. Epis- ptū , & à Iustiniano Imp. in Codicem  
co. & Cle. relatum , quod sic habet : Si quis non  
dicam rapere , sed attentare tantum  
iungendi causa Matrimonij sacrati-  
simas Virgines ausus fuerit , capitali  
pœna feriatur .

Leo Epis. Iam de Monachis et Sacerdotibus  
92. Canō. eadem ratio , idem iudicium est pror-  
Apos. 26. sus : damnationem enim habent si la-  
Cōprobā- xatis libidini habenis primam fidem  
te. Concil. Deo & Ecclesiæ datā fefellerint , seu ,  
Constāti. vt apostolus loquitur , irritam fece-  
& Chalce rint . Qui vltro se abdicarunt coniu-  
donen. gio , dum seruandum perpetuo cœlibaz  
Can. 16. tum aut voto expresse nuncupato fir-  
1. Tim. 5. marunt , aut sacrorū Ordinum suscep-  
Augus. de bono uid. ptione saltem tacite comprobarunt ,  
Concil. atq; testati sunt . Audiant igitur Ver-  
Tole. 5. et bum Dei : Vouete & reddite Domino  
2. & Car- Deo vestro . Tum illud : Si quid vouis-  
st*ti*

*sti Deo, ne moreris reddere. Et quod thag. 2.  
Christus ipse docet: Nemo mittēs mas Eccle. 5.  
num ad aratrum, & respiciens retro, Deut. 23.  
aptus est regno Dei. Luc. 9.*

Cogit igitur ad Cœlibatum  
quosdam Ecclesia.

**N**on cogits sanè pia prouidaq; mas Leo Episc.  
ter, que legem Cœlibatus ne= 92. Cōcil.  
mini imponit: ab ijs verò qui legem Constatī-  
eam, vti dictum est, vltro receperunt, nō sub  
exigit, nē soluant religionem, néue Iustiniano  
conuentionem, quam cum Christo & ca. 13. et  
eius Ecclesia sanctè iniuerunt, vio= 46. uide  
lent atque rescindant. Meritò igit= Can. di-  
tur vrgentur illi stare promissis, & stinc. 28.  
seruare quod semel amplexi sunt, conz= 1. Cor. 7.  
silium Euangelicum, de quo Paulus: Et Theo.  
ibidem.  
Et qui matrimonio iungit virginem Ambro. de  
suam, benè facit (quam diu scilicet uirg &  
Deo dicata non est) & qui non iun= li. de uide-  
git, melius facit. Ac rursus: Bonum Hiero. li. 1  
est homini mulierem non tangere. cōt. loui.  
Quo=

## DE SACRAMENTO

Quocirca laudantur à Christo, & in Ecclesia semper apprimè laudati fuerunt,

Matth. 18 runt, Eunuchi Euangelici, siue, uti Basil. de Tertullianus vocat, spadones voluntarij, qui seipso propter Dei Regnum uirgini. Epiphani. castrauerūt, ut sint sancti corpore & cōtra An- spiritu, Deo in carne sine carne militantes. Reliqua verò buc spectantia in gelinos. 3. Cor. 7. locum alium cōmodiorem, qui consilia Euangelica declarabit, seruabimus.

Quæ est summaria doctrina superiorum?

**Q**UÆ pro instituta die clæ sunt hæc etenus breuitate, eò sunt demum referenda, ut habeant simplices assē rationem Catholicam de septem Ecclesiæ Sacramētis. Quæ duplicis quidem esse generis inueniuntur. Alia enim, ut priora quinque, singularem vniuersitatem fidelis salutem promouent, cuiusque fidelis salutem promouent, alia verò, duo videlicet posteriora: multiplicando Dei populo, et Ecclesiæ prœ-

propagandæ deseruiunt. Vtrung<sup>q</sup> au-  
tem illud ex Diuina, nobisq<sup>ue</sup> necessas-  
ria institutione efficiunt. Enim uero Ioan.3.  
Baptismus ad spiritualem vitam quæ Tit. 3.  
in Christo est regenerat. Confirmatio Acto.8.  
vires porrò ac robur addit Regenera- Ioan.6.  
to. Eucharistia cibus, potus ac viatis  
cum est peregrinanti. Pœnitentia præ- Ioan.20.  
sens aduersus oës animi morbos phar- Ezech. 18  
macum, lapsum hominem erigit, cu-  
ratq<sup>ue</sup> vulneratum. Succedit extrema Iacobi 5.  
unctio, quæ in postremacū morte lu-  
cta munit atque consolatur emigran-  
tem. Ordo deinde ministros præbet Tit.1.  
Ecclesiæ, qui sacris præsint, ac super- 1.Cor.4.  
riora omnia ritè procurent, dispésent,  
conseruent & applicent, Deniq<sup>ue</sup> Mac Ephe. 5.  
trimonium Christianam gentem pro- 1.Cor.7.  
pagat, & humanae prouidet incons-  
tinente*rum*.

Hæc sunt igitur antidota, Dini= Luc.10.  
naq<sup>ue</sup> remedia, quæ misericordia ple<sup>r</sup> 1.Cor.4.  
nus ille Samaritanus instituit, & Ioan.20.

N      Eccles.

DE SACR. MATR.

Ecclesiæ præpositis dispensanda con-  
cridit, nimirum ad probè curandos  
ægros, id est, peccatores omnes in Ec-  
clesia, quoad illi, si velint, veram per-  
Luc.10. fectamq; sanitatem adipiscatur. Quæ  
quidem remedia ritè cognoscere, sa-  
lubriter accipere, atq; fideliter etiam  
alijs applicare, non artis profectò hu-  
manæ, sed Christianæ est Sapientiæ.  
De qua cùm satis dictum sit hæc tenus,  
(quemadmodū præsentis instituti ra-  
tio tulit,) reliquum est, vt ad alteram  
huius operis partē, quæ Christianam  
Iustitiam continet, porrò træseamus.

Ecclesiastici IIII.

Sapientia filijs suis vitam in-  
spirat, & suscipit inquirentes  
se: & præbit in via Iustitiae,  
& qui illam diligit, di-  
ligit vitam.

De Iu-

# De Iustitia

Christiana.

Quænam pertinent ad Iusti-  
tiam Christianam?

**S**ummatis duo, quæbis verbis  
continentur: Declina à malo &  
fac bonum: sicut & Esaias do- Psalm. 36.  
Esiae 1.  
cet: Quiescite agere peruersè, & dis-  
cite bene facere. Prius est in cognos-  
cendis, fugiendisq; peccatis positum,  
quoniam ea ipsa maxima sunt mala  
mortalibus. Posterior in bonis  
expetendis atq; conseclādis versatur.  
Ut autem iustitiae officium vtrunque  
præstemus, per Christum Iesum Dei Rom. 7.  
gratia nobis parta & promissa, sem- Ephe. 2.  
perq; necessaria est. Ea præeūte et ad- Matth. 11.  
iuuāte perficitur, quod Ioannes affir<sup>c</sup>e Ioan. 15.  
mat: Qui facit iustitiā iustus est, si-  
cut & ille iustus est. Addit porrò:  
Qui facit peccatum ex Diabolo est. 1. Ioan. 3.

N ij

Quid

## DE IVSTITIA

Quid est peccatum?

Lib. 1. re-  
tractatio. **A**ugustinus teste, peccatum voluntas est retinendi vel consequendi quod Iustitia vetat, & unde liberum Libro de est abstinere. Ambrosius vero: Quid paradiso. est peccatum, inquit, nisi Legis Diuinæ præuaricatio, & cœlestium inobedientia præceptorum.

Quare peccatum est fugiendum?

Rom. 6. **Q**via stipedium peccati mors est, Apostolo teste. Et sicut per Proph. Ezech. 18. prophetavit Dominus, Anima quæ pecatauerit, ipsa morietur. Rursus scripsit Iohannes. 95. ptum est: Homo per malitiam occidit animam suam. Nihil autem ea morte infelicius, qua homo a Sanctorū omnium confortio, ab Angelorum & coeptum. Psalm. 16. litum gaudio, atque tum ab ipso summo Iohannes. 4. & aeterno bono, in cuius cognitione Rom. 2. ac fruitione sane omnis salus & per- Matth. 18. fecta hominis beatitudo consistit, in Matth. 25 aeternū separatur. Neque solum a Deo Deinde

Deiꝝ gratia & gloria peccatum nos  
excludit sed prætereat, etiam in potes-  
tatem tradit Dæmonum, ut cum his Mar. 9.  
torqueamur, & malis omnibus in ge= Apoc. 2.  
henna ignis inextinguibilis addica= & 21.  
mur. Atque, id est, demum verè mori  
ac damnari, morte secunda scilicet in  
sempiternum. Quapropter tam serio  
iubet Ecclesiasticus, Quasi à facie co= Eccl. 21.  
lubri fuge peccatū. Et senior ille To= Tob. 4.  
bias: Omnibus diebus vitæ tuæ, ait, in  
mente habeto Deum, & caue ne ali-  
quando peccato consentias, & præter-  
mittas præcepta Domini Dei nostri.

Hinc notāda sunt in scripturis sa-  
cris, quæ pàssim de punitis peccatoria-  
bus exempla proferuntur, ut de <sup>a</sup>Cain, a Gen. 4.  
<sup>b</sup>Pharaone, <sup>c</sup>Nabuchodonosore, <sup>d</sup>bExo. 14.  
Sodomitis, <sup>e</sup>Ægyptijs, <sup>f</sup>Israëlitis, Dan. 4.  
etc. Eoꝝ præcipue sunt referenda, ut d Gen. 19.  
peccatorem vindicem Deum ipsum Ezech. 16.  
quisꝝ cognoscat, cognoscendo timeat, e Exo. 8.9  
timendo caueat salutis suæ, & cauendo 10.12.14  
N. iij pœnas f Deut. 32

## DE IVSTITIA

1. Cor. 10. pœnas euadat horribiles peccatorum.

Esa. 26. Grauiter sanè dixit Esaias: *Hic est omnis fructus, ut auferatur peccatum.*

Quæ via ad peccati foueā dicit?

August. de Ser. Domi. **T**RIBUS PRÆCIPUÈ GRADIBUS AD PECCATUM PERUENITUR, SUGGESTIONE, IN MONTE, DELECTIONE, CONSENSU. SUGGESTIONE ET C. Sicut quidē, dum nobis praua ingeritur cogitatio, sive tentatio à mundo, carne, tent. Di- Sathanā: Delectione autem, dum animo vel carni nostræ nimium adlubescit, quod praua suggestio tentatio. Demum & consensu quoque, dum in peccatum ipsum voluntas allecta, stinct. 2.

Iacobi 1. consentit deliberatè. Ex quo sanè consensu peccatum iam consummatur, & coram Deo gehennæ obnoxium facit hominem, etiam si non semper opere perpetretur. Vnde non temere dictum

Distin. 6. est illud: in suggestione semen: in de- c. Sed pen lectione nutrimentum: in consensu sandum. perfectionem inesse peccati.

Quod

Quod si exactius quoque cōsidere= Ex Grego  
mus, oritur ex suggestione cogitatio, rīj Magni  
ex cogitatione affectio, ex affectione moralib⁹.  
delectatio, ex delectatione consensus,  
ex consensu operatio, ex operatione  
consuetudo, ex consuetudine despera-  
tio, ex desperatione peccati defensio,  
ex peccati defensione gloriatio, ex  
gloriatione certa damnatio. Hæc est  
demum longa illa & horrenda pecca-  
torum cathe- hi funes atque compe-  
des, quibus astric̄tum hominē Satba-  
nas non solū in omne genus malorum,  
sed etiā in tartaream abyssum præci-  
pit. Atq; id circ̄ plurimū refert, pec-  
catorū gradus eiusmodi atq; propagia-  
nes, ne fallamur atque periclitemur,  
studiosè discernere & obseruare.

Quomodo peccata facile  
deuitantur?

E O sanē, quum illorum initijs pra-  
uis & desiderijs, quibus ad peccādā  
N iiij solli-

## DE SEPTEM PECCATIS

sollicitamur, statim Christo iuuante  
occurrimus atq; repugnamus. Sicut  
**Eccle. 18.** Ecclesiasticus monet his verbis: Post  
concupiscentias tuas non eas, & à vo-  
luntate tua auertere. Si præstes ani-  
mæ tuæ concupiscentias eius, faciet  
te in gaudium inimicis tuis. Vnde Di-  
uinum etiam oraculum pronunciat:  
**Gen. 4.** Nónne si benè egeris, recipies? sin au-  
tem male, statim in foribus peccatum  
aderit: sed sub te erit appetitus eius,  
& tu dominaberis illius.

## De Septem pec- catis Capitalibus.

Quæ sunt peccata præcipue  
animaduertenda?

**E** Animirum, quæ dicuntur Ca-  
pitalia, tum quod sint veluti  
fontes vel capita reliquorum,  
tum quod ex illis, velut ex corrupta  
radiz

radice, pestiferi planè fructus nascantur, & longa quasi stirpe omnis generis vitia, scadala, damna, corruptelæ, ac pestes humani generis descendant.

Quot sunt peccata eiusmodi  
capitalia?

**S** Eptem, quæ sic numerantur: Superbia, Auaritia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira, Acedia. Sed ut hæc maximo semper odio prosequenda fugienda, sic Virtutes septem, quæ peccatis illis opponuntur, summo quidem studio & amore (si vitam animæ querimus) sunt consecrandæ. Superbiæ contraria est humilitas, Auaritiæ Liberalitas, Luxuriæ castitas, cù Inuidia pugnat Charitas, Gulæ opponitur Alstinentia, Iræ Patiætia, demum Acediæ deuotio, seu pia sedulitas sedulaq; pietas aduersantur.

Quid est Superbia, & quas gignit filias?

Superba

De his  
Gre li. 31.  
Moral. &  
Cæsia, de  
octo prin-  
cipalibus  
uitijs.

## DE SEPTEM PECCATIS

**S**Vperbia est inordinatus appetitus excellētiae, siue intus lateat in animo, siue extrinsecus etiā sese prodat.

**GREGO. IN MORALIB.** Hæc vitiorum quidem omnium mater, princeps ac regina est: præcipue tamen infelicem hæc sobolem gignit,

Inobedientiam, iactantiam, hypocrisiam,

**PSAL. 18.** similitudinem, pertinaciam, discordiam, curiositatem. Iam ut delictum

hoc maximum caueatur, Tobiæ sententia usque obseruanda est. Superabiam, inquit, nunquā in tuo sensu, aut

in tuo verbo dominari permittas: in ipsis

**ECCLE. 10.** sa enī initiū sumpsit omnis peditio. Et

**IACOBI 4.** Apostolica doctrina: Deus superbis resistit, humilibus autē dat gratiam.

**1. PET. 5.** Quid est Avaritia, & quarum filiarum mater?

**A**Varitia est habendi appetitus inordinatus. Avarus enim recte iudicatur, nō solum qui rapit, sed etiam qui concupiscit aliena, vel cupide seruat

uat sua. Filiæ sunt huius pessimæ Gregor.  
 matris, Proditio, fraus, fallacia, per-  
 iurium, inquietudo, violentia, immi-  
 sericordia, seu inhumanitas & cor-  
 dis durities. Damnat hoc vitium A= 1. Tim. 6.  
 postolus, ubi sic ait: Qui volunt diui-  
 tes fieri, incident in tentationem &  
 laqueum diaboli, & desideria multa,  
 & inutilia, & nocina, quæ mergunt  
 homines in interitum & perditio-  
 nem. Radix enim omnium malorū est  
 cupiditas. Et Christus ipse testatur: Matth. 6.  
 Non potestis Deo seruire & Mama-  
 monæ. Et iterum: Nolite solliciti esse  
 in crassimum.

Quid est Luxuria, qualemq;  
 sobolem dignit?

**L**uxuria est appetitus inordinatus  
 impuræ & libidinosa voluptatis.  
 Gignit autem ex se mentis cœci= Gregor.  
 tatem, inconsiderationem, inconsi-  
 stiam, præcipitationem, amorem sui,  
 odium

## DE SEPTEM PECCATIS

odium Dei, desiderium huius vitæ nimium, mortis horrorem, futuri iudicij ac æternæ beatitudinis desperationē.

Aduersus hoc peccatum nos munit A-

postolus, cùm ita scribit: Omne peccatum quodcūq; fecerit homo extra corpus est: qui autem fornicatur, in cor-

Ephe. 4. pus suum peccat. Et vt idem Paulus testatur alibi: Fornicatio & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquiu, aut scurritas, que ad rem non pertinent, sed magis gratiarum actio.

Quid est Inuidia, & quas procreat filias?

Inuidia est tristitia de bono alterius, et odium alienæ felicitatis, respectu superiorum, quia eis non aequaliter: & respectu inferiorum, ne sibi aequalentur: et respectu pariū, quia sibi aequalantur, vt Augustinus inquit.

Filias

Filias verò procreat, odium, susur= Gregor.  
rationem, detractionem, in aduersis  
aliorum rebus exultationem, in pro-  
speris afflictionem. Sic Cain Abel ger= Gen. 4.  
mano fratri, & Saul Davidi destina= 1. Reg. 20  
to Regi cernitur inuidisse. Quod exe= Sapien. 2.  
crandū crimen Scriptura taxat, quia  
legimus: Inuidia Diaboli mors intro= iuit in orbem terrarum: imitantur au=tem illum quis sunt ex parte illius. Re= Etē igitur Apostolus monet: Non effi= Galat. 5.  
ciamur inanis gloriæ cupidi, inuicem  
prouocantes, inuicem inuidentes.

Quid est Gula, & quæ nam  
illius filiæ?

**G**ula est appetitus inordinatus ci=bi & potus. Filias habet, In= Gregor.  
eptam lætitiam, multiloquium, scur= rilitatem, spurcitiem, & sensuum &  
intellectus hebetudinem. Prohibet  
hoc vitium Christus, cum ait: Atten= Luc. 21.  
dite vobis ne fortè grauentur corda  
vestra

## DE SEPTEM PECCATIS

vestra in crapula & ebrietate . Nam  
**Eccle. 37.** ut alibi quoque scripturæ statut , Propter crapulam multi obierunt . Qui autem abstinentis est , adiicit vitam .

Quid est Ira , & quæ soboles  
ex illa nascitur ?

Ira est cupiditas puniendi alterius ,  
à quo læsum se quis arbitratur .

**Gregor.** Nascuntur ex illa detestanda fize  
liæ , Rixæ , tumor mentis , contumelie ,  
clamor , indignatio atque Blasphemia .  
Sed aduersus hoc animi virus nos  
præmunit Apostolica medicina , hisce

**Ephe. 4.** verbis : Omnis amaritudo , & ira , &  
**Colos. 3.** indignatio , & clamor & blasphemia  
tollatur à vobis , cum omni malitia .

Estote autem in uicem benigni , mise-  
ricordes , donantes & uicem , sicut &  
Deus in Christo donauit vobis . Nec  
temere dixit supremus ille Index :  
**Matth. 5.** Omnis qui irascitur fratri suo , reu-  
erit iudicio : Qui autem dixerit fra-  
tri

*tri suo Racha , reus erit consilio: Qui autem dixerit fatue , reus erit gehennæ ignis.*

Quid est Acedia, & quas  
gignit filias?

**A**Cedia est remissi animi languor ad bene operandū : præsertim vero tristitia est de re spirituali.

Gignit eiusmodi filias, Malitiam, Gregorius rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporē circa præcepta necessaria , mentisque circares varias evagationem. Huius peccati graue periculum ex his Christi verbis ostenditur : Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur , & in ignem mittetur. Hinc idem sic alibi : Videte Matth. 7. Mar. 13. Vigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit.

Et hactenus quidem hæc pro insti-  
tuta breuitate satis , ut qui Iustitiae christiane sunt ex animo studioſi, hos  
præ-

## DE PECCATIS

stianæ sunt ex animo studiosi, hos  
præcipuos humani generis morbos  
atque execrandas pestes quas ostendim-  
us, non solum cognoscant & obser-  
uent, sed etiam fugiant ac depellant  
ex præscripto Diuinæ Legis.

## De peccatis Alienis.

Quæ peccata dicuntur aliena?

**E**a quæ aliorum quidem mani-  
bus operaq; perficiuntur, &  
interim nobis meritò imputa-  
tur, nostrásq; conscientias damnat co-  
ram Deo. Quamobrē de his accipi po-  
test, quod Scriptura imperat: Ne  
communicaueris peccatis alienis. Et  
**1. Tim. 5.** quod orat Propheta Regius, Ab oca-  
**Psal. 18.** cultis meis munda me Domine, & ab  
**In tract.** alienis parce seruo tuo. Eodem refert  
**Quomodo** Basilius Magnus, quod Ephesijs scri-  
ptum

ptum est à Paulo<sup>a</sup>, Nolite communis= ex Aposto= care operibus infructuosis tenebrarū, sententia magis autem redarguite<sup>b</sup>. Tum illud cum operi eiusdem Apostoli: Subtrahatis vos ab bus infructuosis non secundum traditionem quam accepistis à nobis.

Quot numerantur eiusmodi aliena peccata?

<sup>a</sup> Ephe. 5.  
<sup>b</sup> 2. Thes. 3.

**N**ouem, sicut nouem ferè modis committuntur: Vt pote Consilio, Iussione, Consensu, Irritatione, Laudatione, seu Adulatione, Reticentia culpæ alienæ, Connientia vel indulgentia, Participatione criminis, ac praua Defensione.

Quando peccatum alienum consilio perpetratur?

**C**VM malis scilicet consilij quod alij sequuntur, vel se qui possent, ipsi sumus authores & ministri. Exempli

## DE PECCATIS

Ioan. 11. plo sit Caiphas, qui consilio suo Senatum Iudaicum in mortem Christi cōcitatuit atque permouit. Contrà verò laudatur Ioseph ab Arimathea, & Luc. 23. vir bonus iustusq; dicitur, quia non Ioan. 11. consenserat consilio et aetibus eorum, Matth. 26 Pontificum scilicet & Pharisaeorum in Christi necem impiè cōspirantium.

Quando Iussio est peccatum alienum?

CVm ex decreto, mandato, Imperiove nostro redit ad proximū inuria, vel malū quodcūq; perpetratur.

2.Reg. 11. Sicut Dauid Rex innocentē occidit Viriam, non suis quidem aut suorū manibus, sed per literas hoc agens atque demandās, vt in prælio ille occideretur, Et Praeses Pilatus mortis Christi reus est, quod illum in Iudeorum gratiam cruci affigendum, et si inuitus quodammodo, autoritate sua ad iudicauit ac tradidit.

Cona

Consensus quando peccatum  
alienum constituit?

**C**VM quod cùm ab alijs fit nequi-  
ter, à nobis quasi suffragium acci-  
pit, & saltem tacitè approbatur. Ita  
peccauit Saulus in Stephani Proto-  
martyris necem consentiens: Pecca-  
runt & Iudei, suis Magistratibus, Matt. 27.  
quò Christus perderetur suffragātes, Luc. 23.  
vt idcirco Petrus illis exprobrans di-  
xerit, authorem vitæ interfecisti.  
Retinēdum est igitur Pauli verbum.  
Non solum qui faciūt mala, sed etiam Rom. 1.  
qui consentiunt facientibus, digni-  
funt morte.

Quando Irritatione nobis pec-  
catum alienum conflatur?

**C**VM scientes prouocamus alium  
ad iram, vindictā, blasphemiam,  
crudelitatem, aut consimilia vitia, si-  
ue dictis id fiat siue factis, aut qua-  
cunque alia ratione: Non procul ab hoc  
O ij vitio

## DE PECCATIS

Iob 2. vitio fuit vxor Iob, quæ patientissimo  
viro petulanter insultas suasit etiam  
ut Deum blasphemaret. Hic locum  
Eccle. 28: habet quod monet Ecclesiasticus: Ab-  
stine te à lite, & minues peccata. Ho-  
mo enim iracundus incendit litem, &  
vir peccator turbabit amicos, & in  
medio pacem habentium immittit  
inimicitiam.

Quando per Laudationem vel  
Adulationem nostram pec-  
cato alieno fœdamur?

Ezech. 13. **V**num aliquem in malefactis vel  
de improbitate commendamus,  
vel tanquam re benè gesta calcar ad-  
dimus malè currenti, ut ille in prauo  
instituto perget. Væ autem qui consuunt  
puluillos sub omni cubito manus, &  
faciunt ceruicalia sub capite vniuer-  
sæ ætatis ad capiendas animas, ut est  
apud Prophetam. In hoc vitium incia-  
dunt nonnunquam Ecclesiastici cōcio-  
nato-

natores, iij præsertim, quos Esaias vera Esa. 3.  
bis his notat: Popule meus, qui te beas  
tum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam Psal. 9.  
gressuum tuorum dissipant. Quoniam  
enim laudatur peccator in desiderijs  
animæ suæ, & iniquus benedicitur,  
exacerbat Dominum peccator, vt  
Regius Propheta testatur.

Quando Reticentiae nostræ cul-  
pa, peccatum alienum in  
nos redundat?

**Q**uem nostrum silētium siue sub-  
ditio, siue cuiuis alteri adfert de-  
trimentum. Exempli causa, si docen- Chrysost.  
di, monendi, corripiendi & fratribus aut orat. 2. cō  
populi nobis munus incumbit, & in eo tra lud.  
interim dum prodeesse possumus, non  
sine culpa cessamus. Vnde per Esaiam Esa. 58.  
testatur Dominus omni Euāgelizan-  
ti: Clama ne cesses, quasi tuba exalta  
vocem tuam, & annuntia populo meo  
sceleræ eorum, et domui Jacob peccata  
O iij eorum.

## DE PECCATIS

- Esa.56. eorum . Audi porrò periculum in his,  
qui canes muti latrare non valentes  
dicuntur : Si dicente me ad impium,  
Ezech.3. dicit Dominus , morte morieris , non  
annunciaueris ei , neque locutus fue-  
ris , ut auertatur à via sua impia , &  
vivat , ipse impius in iniuitate sua  
moriatur : sanguinem autem eius de  
manu tua requirā . Adeò necessarium  
2.Tim. 4 est obseruatu , quod Paulus non sine  
graui obtestatione postulat : Prædica  
verbum , in ista opportunitate , importunè ,  
argue , obsecra , increpa in omni patie-  
1.Tim.5. tia & doctrina . Tum idem alibi , Pec-  
cantes , inquit , coram omnibus argue ,  
vt & cæteri timorem habeant .

Quando nostra connuentia alienis criminibus implicamur ?

**Q** Voties id , quod facultate vel au-  
thoritate nostra emendari , vin-  
dicarique potest & debet , nostamen  
impunitum et in peius abire sinimus .

Ita

Ita peccant Magistratus, cùm gladiū Rom. 13.  
frustra portat, neque sicuti dicuntur,  
ministri Dei sunt, & vindices in iram  
hīs, qui agunt sceleratē vel seditiosē.  
Eodem referri potest quod Apostolus  
Corinthiis præcipit: Auferte malum 1. Cor. 5.  
ex vobis ipsis: nescitis quia modicum  
fermētum totam massam corrumpit?  
Expurgate vetus fermentum.

Secundō hic peccant Patres &  
Matres familias, Heri, & Præcepto-  
res, dum sibi concreditos, nimia dissic-  
mulatione & indulgentia quadam in  
educando perdunt, & negligentia so-  
cordiaq[ue] sua in discrimen deduci per-  
mittunt. Sic paternæ prorsus indul-  
gentiæ culpa depravatos legimus fi-  
lios Heli, qui idcirco immodicæ leni- 1. Reg. 4  
tatis suæ pœnas graues dedit. Hic etiā  
addi potest peccatum, quod vocari so-  
let, Omissio fraternæ correptionis,  
admonitionis, vel reprobationis, Matth. 18.  
quando Christus quoque semel atque  
O iiiij iterum

## DE PECCATIS

iterum & tertio corripiendum esse fratrem monuit, ut peccantem illum lucrifaceremus. Quāquam alij distinguunt inter huiusmodi omissionem, et priorem de quā diximus, connivenziam, ut duos alieni peccati modos ex hisce constituant.

Quid est Participatione alienum peccatum contrahere?

**I**D maximè fit, cùm in partem lucris cù furibus siue raptoribus venimus: cùmitidē bona iniustè parta, vel quis modo aliena nobis vñà cum alijs scienter vendicamus aut retinemus: cù insuper spolijs alienis ditescimus.

**Psal. 49.** Huc spectare potest, quod Psalmographus dixit: cum furibus ipsis currere, & cum adulteris portionem habere.

**Esa. 1.** Sicut Esaias obijcit populo Iudaico: Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Grauius adhuc delinquent,

quunt, qui lucrum sibi ex aliena tur-  
pitudine apertè parant: ut lenones,  
quive latronibus, & notæ turpitudi-  
nis vel factionis hominibus præbere  
audent hospitium & locum, quò se il-  
li aut sua recipiant.

Quomodo alienum peccatum  
nostra defensione con-  
trahimus?

**Q**UAM aut malefactoribus patro-  
cinamur, aut doctrinam alterius  
quamvis peruersam & impiam tue-  
mur ac spargimus: quū nostra itidem  
cura vel opera, quod contra fas &  
equum instituitur, promouere atque  
propugnare contendimus. Aduersus  
hos Diuinum intonat oraculū: Væ qui **Esa. 50.**  
dicitis malum bonum, & bonum ma-  
lum, ponentes tenebras lucem, & lu-  
cem tenebras, ponentes amarū in dul-  
ce, & dulce in amarū. Ac rursus: Væ  
qui iustificatis impiū pro muneribus,  
& ius-

## DE PECCATIS

& iustitiam iusti aufertis ab eo.

Hæc satis de peccatis, ut vocant, alienis, quæ nunc profectò longè latè patent, & summa quotidie licentia, à magnatibus præsertim, perpetrantur. Adeo & vulgò ea non cauētur, ut plerique peccata non esse pudent ac floccipendāt, etiam si suas conscientias his criminum sordibus conspurcent, animasque cōdemnent. Posunt autem dictæ species omnes in tria ferè genera coniici, breuiterque, ut

Basili.

Magnus Basilius ostendit, cōprehensa quomodo di. Quod enim in alieni erroris vel peccati societatem incidimus, id sit aut ū sentētia re & opere: aut volūtate certōve anis cum operi mi proposito tantum, aut supina negligentia, si quando admonendi & emendandi officio nostro alij defrādantur. Sed longè omnium deterri-  
mum peccandi genus est, quo de-  
linquitur in Spiritum  
sanctum.

De

De Peccatis in Spi-  
ritum Sanctum.

Quid est peccatum in Spi-  
ritum sanctum?

**E**ST oblatam Dei magnificen-  
tiam et gratiam, quæ Spiritui  
sancto cœu fonti bonorum tri-  
bui peculiariter solet, ex malitia con-  
temptim abijcere. Atque hoc est pec-  
care inexpiabiliter, ut iuxta Christi  
verbum, nec in hoc ipso, neq; in futuro Matth. 12.  
seculo talis tantique peccati remissio Marci 3.  
suo impetretur. Hac enim lege nobis August.  
cum agit Deus, ut nec gratiam in ter- de uerbis  
ris, neq; gloriam in cœlis tribuat alijs, Domini.  
quam qui peccatum detestantur agni-  
tum, & præter id, bonum sibi propo-  
nunt, rectumq; eligunt vitæ institu-  
tum. Cæterum in hisce peccatis quæ  
sunt in Spiritum sanctum, abest tum  
peccati detestatio, tum boni quod  
sectan-

## D E P E C C A T I S

seclandum erat electio, & abicitur  
præterea id, quo Spiritus sanctus pro-  
suagratia quem à peccando solet re-  
uocare. Hinc fit, ut eiusmodi peccatis  
implicati nullam Dei gratiam impe-

Aug.li. 83 trare possint. Peccatur enim non ex  
questione humana imbecillitate vel fragilitate.

Matth. 26 quod vocant peccare in Patrem Pa-  
tris & potentiam, ut in Petro Aposto-  
lo Christum ipsum negante cernimus:

Acto. 9. neque rursus ex ignorantia, quod est  
peccare, ut appellant, in Filium filij &  
1. Tim. 1. sapientiam, sicut Saulo accidit Eccle-  
siæ persecutori: sed quod longè gra-  
uius est peccatur hic ex malignitate  
& peruicacia mentis, ut exemplum  
præbent peruersissimi & obstinatis-  
simi illi Pharisæi.

Quot sunt peccata in Spir-  
itu Sanctum?

Chrysost. Eiusmodi sex recensentur, ut vulgo  
in Matth. quidem recepta sunt eorum hæc  
nomina

IN SPI. SANCTVM. 96

nomina: Præsumptio de misericordia  
Dei, vel de impunitate peccati, De  
speratio, Agnitæ veritatis impugna  
tio, Fraternæ charitatis inuidentia,  
Obstinatio, & impœnitentia. Signifi  
cantius autem erit si quis ita numeret.

I. Diuina misericordia confiden  
ter abuti.

II. De gratia Dei, vel salute sua  
prorsus desperare.

III. Veritatem Religionis ad  
uersus suam ipsius conscientiam ho  
stiliter oppugnare.

IV. Pertinaci inuidia conci  
tari grauiter ob salutis & virtutum  
fraternarum successum.

V. Obfirmato animo in crimine  
scienter manere.

VI. Absq[ue] pœnitentiae proposito  
peruersæ vitæ finem nullum facere.

Quænam præsumptio facit  
peccatum in Spiritum  
sanctum?

Ea,

## DE PECCATIS

**E**A, quæ hominem sola Dei misericordia confidentem, & ad peccandum audacem facit, seposita vide licet ac abiecta omni iustitiæ, timor Diuini ratione. Et sic sane peccatum hodie complures, qui sola fide in Chri-

August. de fide et ope ribus.

Joel. 1. 1. Pet. 2.

Luc. 13. 2. Tim. 2.

Rom. 2. Paulus: An diuitias, inquit, bonitatis Dei & patientiae & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicum secundum

dum opera eius. Quamobrē idem Pau= 1. Cor. 13.  
lus alibi, non solam iactare fidem do= Tit. 3.  
cet, sed cum timore ac tremore salu= Rom. 2.  
tem nostram operari: Fidemque com= Philip. 2.  
mendat, quæ per Charitatem opera= Galat. 5.  
tur. Contra hoc enorme peccatum, sic  
etiam Ecclesiasticus clamat, inquiēs:  
De propitiato peccato noli esse sine Eccle. 5.  
metu, neque adijcas peccatum su= August. de  
per peccatum. Et ne dicas, Miseratio poenit. me  
Domini magna est, multitudinis pec- dicina.  
catorum meorum miserebitur. Mi-  
sericordia enim & ira, ab illo citò  
proximant, & in peccatores ira il-  
lius respicit.

Quomodo peccatur in Spiritum  
sanctum Desperatione?

C Vm præsumptioni, de qua dictum  
est, contrarium prorsus vitiū ac-  
cesserit, vt omnē spem abijciat homo  
vel impetrandæ apud Deū veniæ, vel  
salutis æternæ consequendæ. Hoc  
modo

## DE P E C C A T I S

modo peccauit desperando Cain, ut  
Gene. 4. sua ipse voce testatur: Maior est ini-  
quitas mea, inquit, quam ut veniam  
merear. Peccauit & Iudas Christi  
Matth. 27 proditor, cum vitam laqueo sibi infœ-  
Actor. 1. lix abrupit. Atqui nulla nimis est se-  
Luc. 13. ra homini pœnitentia, uti Latro testa-  
tur, qui in cruce pœnitens, Christi in-  
gentem gratiam & cœlestem gloriam  
est consequutus.

Quando veritatem impugnans  
peccat in Spiritum  
Sanctum?

**Q**uem de Fidei & Religionis ne-  
gotio agitur, et pro falsitate ve-  
ritas, non ex ignorantia, sed malitia  
studiosè oppugnatur, ut hinc veritas  
tis Catholicæ lœdatur sinceritas.

Matth. 12. Huic peccato Pharisei obnoxij erat,  
15. 21. 22. quibus vel præcipue videmus curæ  
fuisse, tam malignè quam falsò blas-  
phemare Christum, insectari doctri-  
nam

IN SPI. SANCTVM. 98

nam Euangelij, testimonium Aposto- Acto. 4.  
lorum suppressere, idq; contra suam & 5. et 12  
ipsorum conscientia. His non sunt abz Psalm. 1.  
similes, qui à Propheta dicuntur se 2. Pet. 2.  
dentes in cathedra Pestilentiae: à Pe-  
tro autem magistri mendaces, qui in-  
troducunt sectas perditionis: a Paulo Tit. 3.  
demum Hæretici, homines corrupti 2. Tim. 5.  
mente, reprobi circa fidem, attenden- Leo 24. q.  
tes spiritibus erroris, subuersi, & suo 3. Cano.  
ipsorum iudicio condemnati. Quid au-  
tem &c.

Quomodo inuidentia fraternæ sequent.  
gratiæ peccatum est in Spi-  
ritum sanctum?

**Q**uando dolemus ac tristamur gra- Aug. de  
quier de splendore augmento ve ser. Domi.  
virtutum donorumq; Dei, quibus fra- in monte.  
ter est conspicuus. Quod crimen non  
tam hominis videtur esse proprium,  
quam Sathanæ, qui Dei gratiam in Sapien. 2.  
homine tū augeri, tū cōseruari fert  
impatientissime. Sathanæ filij ex Iu-

P. dæis

## DE PECCATIS

Acto. 11. dæis fuere, qui nascentem Euangelij  
C. 15. gratiam omnino gentibus inuidebant,  
1. Thes. 2. ut est in actis Apostolicis.

Quæ obstinatio facit peccatum  
in Spiritum sanctum?

E Animirum, quæ obfirmatum placeat  
nè animum adfert aduersus benemone-  
tentem, vt nullis quidē rationibus  
ab instituto dñabili se deflecti quis  
sinat. Huius peccati magnum p̄-  
Exo. 7. C. bet exemplum Rex Pharao, qui to-  
deinceps. ties monitus à Mōse, & afflictus sub-  
Exod. 14. inde flagellis Dei s̄euissimis, tamen in-  
C. 34. proposito Tyrannico perstittit, & pea-  
Hiere. 5. rijt obstinatus. Nota est & Iudeorum inuicta pertinacia, quos suis ve-  
luti coloribus depinges S. Stephanus,  
Acto. 7. Dura ceruice, inquit, & incircuncis-  
cordibus & auribus, vos semper Spiz-  
25. q. 1. C. ritui sancto restitistis. Nec sunt disfa-  
Violato. similes hodie, qui nouis addicti Sectis,  
ne audire quidem possunt Catholice  
docena.

docentem, quasi aspidum instar, oce Psal.57.  
clusis contra dulcem melodiam (id  
est, sanam Ecclesiae doctrinam) auris  
bus, dicere videantur. Recede a no[n] Iob 21.  
bis, scientiam viarum tuarum nolu-  
mus. Quod nihil aliud est, quam, ut  
Paulus loquitur, secundum duritiam Rom.2.  
& impoenitens cor thesaurizare sibi  
iram in die irae & reuelationis iusti  
iudicij Dei.

Quando peccatum Impoeni-  
tentiae committitur?

**C**Vm homo peccatorum suorum que Aug. de sa-  
salutari p[re]nitentia expianda for[er] de ad Pe-  
rent finem modumque nullum facit, tru. Et de  
ac proponit insuper nunquam p[ro]p[ter] uerbis Do-  
nitere. Talium certe qui vere peccati in  
tores sunt ac manere volunt, mors Matth.  
pessima est, quum illi re ipsa, si non Psal.33.  
verbis dicere videantur: Percussimus Esa.28.  
fædus cum morte, & cum inferno fe-  
cimus pactum.

P ij

Hæc

## DE PECCATIS

Hæc dicta sunt hacenus de peccatis in spiritum sanctum, grauiſſimis illis quidem, & quæ aut nūquam, aut ægrè admodum à Deo homini remittuntur. Quapropter aduersus eas pè nos ipſos munire, & alios confirmare

**Ephe. 4.** debemus, ut obſeruetur illud: Noli-

**1. Thes. 5.** te contristare, nolite extingueſſe spi-

**Psalm. 93.** ritum Dei. Hodie ſi vocem eius audie-

ritis, nolite obdurare corda veftra.

**Hebr. 3.** Cor enim durum habebit malè in no-

**Eccle. 3.** uißimo. Nunc porrò ad peccata quæ

& ipſa non parum enormia ſunt, et in

cœlū clamantia dici ſolēt, accedamus.

## De Peccatis in Cœlum clamantibus.

Quæ dicuntur peccata in Cœ-  
lum clamantia?

**August. in E** A, quæ præ ceteris insignem &

**Enchir.** & manifestatam improbitatem ha-

bere

bere noscūtur, Diuinamq; iram & v̄l= lib. Anno-  
tionem insigniter accersunt ijs, à qui= ta. in Iob.  
bus committuntur. Eiuscmodi qua-  
tuor è Scriptura numerantur: Homi-  
cidium voluntarium, peccatum Sodo-  
miticum, Oppressio pauperū, & mer-  
ces operariorum defraudata.

Quomodo Scriptura vindicari  
docet homicidium vo-  
luntarium?

**G**rauiter sanè, quēadmodum bisce  
verbis Deus ostēdit, quibus Cain  
primum increpat homicidam: Quid  
fecisti? inquit, Vox sanguinis fratris Genes. 4.  
tui clamat ad me de terra. Nunc igi-  
tur maledictus eris super terram. Et De poena  
alibi vox quoque Diuina testatur: homicidij  
Quicunq; effuderit humanum sanguis Canones  
nem, fundetur sanguis illius. Ad ima= uide dist.  
gine quippe Dei factus est homo: Con= 50.  
cinit Psalter Regius, Viri sanguinum Genes. 9.  
non dimidiabunt dies suos. Psalm. 54

P iij Quid

DE PECCATIS

Quid verò de Sodomitico pec-  
cato , eiusq; punitione scri-  
ptum extat?

- Genes. 13. **H**omines Sodomitæ , inquit Scriptura, pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis . Ac iterum:
- Genes. 18. Clamor Sodomorum & Gomorrhæo= Aug. li. 3. rum multiplicatus est , & peccatum Confessio. eorum aggrauatum est nimis . Vnde ad Genes. 19. Loth iustum angeli : Delebimus locum istum , inquiunt, eò quod increuerit clamor eorum coram Domino , qui Ibidem misit nos , ut perdamus illos . Igitur Vide Ca- Dominus pluit super Sodomam & no. 32. q. 7 Gomorrah sulphur & ignem à Deo mino de cœlo , & subuertit ciuitates has , & omnem circa regionem . Negat etiam Scriptura causas , quæ ad hoc nefrandum peccatum Sodomitas impulerunt , & alios itidem permouere possunt . Sic enim legimus apud Ezech. 16 Ezechielem : Ecce haec fuit iniquitas

tas Sodomæ sororis tuæ , Superbia,  
saturitas panis , & abundantia , &  
otium ipsius & filiarum eius , &  
manum egeno & pauperi non por-  
nigebant.

Quid legimus in sacris de pau-  
perum Oppressione?

A Duenam non contristabis , dicit Exod.22.  
Dominus , neq; affliges eum : adue-  
næ enim & ipsi fuisti in terra Ægy=   
pti . Viduae & pupillo non nocebitis :  
si læseritis eos , vociferabuntur ad me ,  
& ego audiam clamorē eorum , & ins-  
dignabitur furor meus , percutiamque  
vos gladio , et erunt vxores vestræ vi-  
duæ , & filij vestri pupilli . Quapro-  
pter Ægyptij tot plagis attriti , &  
cum suo Rege , ingentiique Tyranno Exo.7.8.  
Pharaone submersi demum fuere , vi= 9.10.14.  
delicet ob suam in Israélitis plusquam  
Barbaricā immanitatem . Vidi , inquit Exod.1.  
Dominus , afflictionem populi mei in Exod.3.

P iiij      Ægy=

## DE PECCATIS

Ægypto, & clamore eius audiui propter duritatem eorum, qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius descendit, ut liberem eum de manibus Ægyptiorum. Hinc apud Esaiam quoque interminatur Dominus: Vae qui condit leges iniquas: & scribentes iniustitiam scriperunt: ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: ut effent viduæ præda eorum, & pupilos diriperent.

Esa.10.

Quid postremò Scriptura docet de mercede operarijs retenta, vel imminuta?

Iacobis.

**A** Pud Iacobum Apostolum legimus, quamvis grauiter diuitibus exprobret crudellem tenacitatem, & solitam erga operarios iniquitatem. Ecce merces, inquit, operariorum qui messuerunt regiones vestras, quæ frumentata est à vobis clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.

iuit. Nec multò aliter Ecclesiasticus: Eccle.34.

Panis egētium, ait, vita pauperis est:  
qui defraudat illum, homo sanguinis  
est. Qui aufert in sudore panem, quasi  
qui occidit proximum suum. Qui fun-  
dit sanguinem, & qui fraudem facit  
mercenario, fratres sunt. Quinetiam

Lex Diuina sic præcipit: Non nega- Deut.24.  
bis mercedem indigentis, & pauperis  
fratris tui, siue aduenæ, qui tecum mo-  
natur in terra, et intra portas tuas est:  
sed eadem die reddes ei premium labo-  
ris sui ante solis occasum, quia pauper  
est, & ex eo sustentat animam suam:  
ne clamet contra te ad Dominum, &  
reputetur tibi in peccatum.

Quò referenda est omnis hæc de  
peccatis tractatio, & quis  
illius usus?

**H**Æc tractatio ad priorem partem  
Christianæ Iustitiae spectat; Vsus  
autem totius doctrinæ ac fructus est,  
ea quæ

## DE IVSTITIA

ea quæ præcipue mala, Deo maximè contraria, nobisque pernicioſiſſima ſunt, ritè diſcernere, diſcreta prorsus cauere, & ſi quid horum admiſſum fit, ſedulò expiare.

Hinc etiam diſcimus, quomodo ſapiens à ſtulto, iustus ab impio diſfe-

Prou. 14. rat, ſicuti Salomonis illa verba decaſtant: Sapiens timet, & declinat à ma-  
lo: Stultus tranſilit & confidit. Atque

Prou. 4. rurſus idem: Iuſtorum ſemita, inquit, quaſi lux ſplendens proceſdit, & cre-  
ſcit uſq; ad perfeſtam diem: via impi-  
orum tenebroſa, neſciunt ubi cor-

Prou. 18. ruant. Nec alienum illud eſt: Pecca-  
tor cum in profundum veneſerit, con-  
temnit. Ea verò imprimis contemnit  
ſcilicet, quæ Christiana Iuſtitia ad  
vitiorum obſeruationem seu differen-  
tiam, deuitationem & expiationem  
poſtulat.

Quibus verò modis pecca-  
ta expiantur?

Mul-

**M**Ultos certè huiusmodi modos, si- Cyril. in  
cuti diuersis morbis diuersares Leuit. ex-  
media cōueniunt, sacra Scriptura nos Ambr. li. 2  
bis in Ecclesia proponit. de poenit.

Principem verò locum tenet Pœ- Chry. cō.  
nitentiæ Sacramentum, quo negleſto, 4. de La-  
frustra de reliquis lethalium pecca- zaro, &  
torum remedij adhibendis agimus. Aug. li. 2.  
Hoc enim ut præsens, ita necessarium cont. Cre-  
pharmacum Christus animarum me- sconium.  
dicos instituit, & contra omnem pec-  
cati lepram valiturū nobis commen-  
dauit, quando dixit Sacerdotibus:  
Quorum remiseritis peccata remitt- Ioan. 20.  
tuntur eis, & cætera.

Secundò purgantur & expiantur  
eleemosyna: quia scriptū est, Eleemo- Tobie 4.  
syna ab omni peccato, & à morte libe-  
rat, & non patietur animam ire in te-  
nebras. Tū alibi: Peccata tua eleemo Daniel. 4.  
nis redime, & iniquitates tuas mīse-  
ricordijs pauperum.

Tertijs remittuntur peccata, dum  
laſi,

## DE IVSTITIA

Matth.6. læsi, fratri offensam condonamus, di-  
cete Domino: Si dimiseritis homini-  
bus peccata eorum, dimitte & vo-  
bis Pater cœlestis delicta vestra.

Quartò idem fit, cùm peccantem  
fratrem lucrifacimus, sicuti legitur:  
Iacobis.5. Qui conuerti fecerit peccatorem ab  
errore viæ suæ, saluabit animam eius  
à morte, & operiet multitudinem  
peccatorum.

Quinto hoc pertinet abundantia  
synceræ charitatis, ob quam de Mag-  
dalena dicitur: Remittuntur ei pec-  
cata multa, quoniam dilexit multum.  
Luc.7. Charitas enim operit multitudinem  
Prou.10. peccatorum.

Sexto ad idem valet contriti cor-  
dis sacrificium, quod nunquam despici-  
t Deus. Respicit enim in orationem  
Psal.50. humilium, & non spernit preces eo-  
rum: sicut scriptum est de Niniuitis:  
Psal.101. Vedit Deus opera eorum, quia conuer-  
si sunt de via sua mala, et misertus est  
Lone.3. Deus

Deus super malitiam, quam locutus Chrysost.  
fuerat ut faceret eis, & non fecit. in 2. epist.

His alijsq; modis & officijs veræ Cor. ca. 4  
pietatis comparamus atq; præstamus  
in Christo Iesu, quod apostolus æquis= 2. Cor. 7.  
simè admonet. Has habentes promis-  
siones charissimi, mundemus nos ab  
omni inquinamento carnis & spiritu-  
tus, perficientes sanctificationem in  
timore Dei. Quod etiam haud obscu-  
rè explicans Augustinus, & Scriptu- Li. de poe-  
ræ testimonijs confirmans, dixit: Non nitentia  
sufficit mores in melius comutare, & medicina.  
à factis malis recedere, nisi etiam de Et in En-  
bis quæ facta sunt, satisfiat Deo per chirid. Et  
pœnitentia dolorem, per humilitatis Cyprian.  
gemitum, per contriti cordis sacrifici- de lassis.  
cium, cooperantibus eleemosynis. A-  
lioquin quisquis de peccatis lethali-  
bus in se aliqua dominari cognouerit,  
(ut idem Augustinus est author,) nisi Serm. 41.  
dignè se emendauerit, & si habuerit Et Chrys.  
spacium, longo tempore pœnitentiam de poenit.  
egerit.

## DE IVSTITIA

egerit, & largas eleemosynas eroga-  
uerit, & à peccatis ipsis abstinuerit,  
**1. Cor. 3.** illo transitorio igne, de quo agit Apo-  
stolus, purgari non poterit, sed æter-  
na illum flama sine ullo remedio cru-  
ciabit. Non enim capitalia post hanc  
vitam, sed minuta peccata purgan-  
tur, expiantur.

Orig. in  
Leuitic.

Quid verò de minutis peccatis  
est sentiendum?

**August. in Psal. 129.** **I**D scilicet, quod eiusmodi leuiora,  
& Tract. vti mentis euagatio, verbum otio-  
sum, risus immoderatus, & consimi-  
**2. in Ioan.** lia, quæ quotidiana seu venialia pec-  
cata dicuntur, & sine quibus hæc vi-  
**Iacobi 3.** ta non ducitur, (In multis enim offen-  
dimus omnes) & si lethalia non sunt,  
& in speciem minuta videtur, tamen  
haud quaquam sunt contemnenda. Si  
**Hierony.** quidem Deum ipsum offendunt, con-  
ad Celan- tristant Spiritum sanctum, obfus-  
tiam. & cant conscientiam, charitatis ferua-  
rem.

rem imminuunt, virtutumq; profecto Chrysostomus  
 etum remorantur, et ad grauiora saepè in ca. 1. ad  
 vitia periculaq; pertrahunt. Vnde scripsit Galatas.  
 ptum est. Qui spernit modica, paulatim Eccl. 19.  
 tim decidet. Ac rursus: Qui amat peccatum Eccl. 3.  
 riculum, peribit in illo. Cauendae sunt  
 igitur, quantum licet, hæ labes et sor-  
 des animæ: quoniam ut legimus, Non Apoc. 21.  
 intrabit in cœlestem Hierusalem alia-  
 quod coinquatum. Ac nisi in hac via Augu- ser-  
 ta illæ diluantur, etiam post mortem 41. de san-  
 hominem grauant, nec sine pœnis qui- cts. &c.  
 dem acerbis purgatoriij ignis expianan- Medicina  
 tur. Qui quidem ignis etsi perpetuus de poenit.  
 non sit, tamen si Augustino credimus, dist. 1. In  
 grauior est, quam quicquid homo in Psal. 37.  
 bac vita potest perpeti. Et lib. de  
 uera &

Quibus autem remedijis pec- falsa poe-  
 cata leuiora purgantur? nitentia.

**V**T eiusmodi anime sordes in Aug. epis.  
 hac vita diluantur, Ecclesia vetus 108. Et in  
 remedia istæ agnouit & in usu haec Enchirid.  
 buit,

## DE IVSTITIA

Et in Ioā. buit, huumilē sui accusationem, Doc  
Tract. 12. minicam precationem, pectoris tunsionem, et alias id genus pias in Deum,  
ac etiam erga proximum exercitatio-  
nes, corporisque afflictiones spontē ac  
religiosē suscep̄tas. Quae quidem re-  
media tanto lubentius ac studiosius  
amplectuntur sapientes, quō rectius  
norunt, et diligētius expendunt, quod  
metuendus ille Index affirmat: Dico

Matth. 12. vobis quoniam omne verbum otiosum  
quod locuti fuerint homines, reddent  
rationem de eo in die iudicij: Ut hinc  
Iob 9. Iob, vir alioquin iustus & innocens,  
dixerit: Verebar omnia opera mea,  
sciens quia non parceres delinquenti.

Sapien. 1. Et alibi scriptum est: In cogitationi-  
bus impij interrogatio erit. Quod si

1. Cor. 11. nos ipsos dijudicaremus, ut Aposto-  
lus admonet, non utique iudicare-  
mur. Beatus igitur homo, qui semper  
est pauidus.

Pron. 28. An ne satis est à peccatis abstinerē?  
Iustic

**I**ustitia quidem Christiana, de qua Hiero. ad  
bucusq; diximus, duas partes propo= Celatiam,  
nit, & velut æquè necessarias nobis  
commēdat hisce verbis: Declina à ma Psal. 33-  
lo, & fac bonum: sicut & Paulus do-  
cet: Odientes malum, & adhærentes Rom. 12.  
bono. Nō sufficit igitur, quod August. Insenten-  
per spicuè dixit, abstinere à malo, nisi tūs Pro-  
ficiat quod bonū est: & parū est nemini spērēt.  
nocere, nisi studeas multis prodeesse.

Quapropter absoluta vtcung, Iu-  
stitiæ priore parte, quæ mala prohibi-  
bet, consequens est, vt de altera porrè  
quæ in bonis consecrandis est posita,  
dicere pergamus.

## De Triplici gene- re bonorum operum.

Iustitia Christiana circa quæ  
bona versatur.

**H**Æc iustitia tam latè patet, vt  
omnia bona quæ honestè, præclara  
re, ac

## DE TRIPLOCI GENERE

rē, ac piè fiunt, in se contineat, nobisq;  
expetenda & consecranda proponat.

Vnde fideles Apostolus cōmonefacit:

Colos. 1. Ambuletis dignē Deo, per omnia plā-  
centes, in omni opere bono fructifi-  
cantes, prouidentes bona non tantūm

Rom. 12. coram Deo, sed etiam coram omnibus  
hominibus. Hic enim nostræ vocatio-  
nis, & Christianæ Iustitiæ per Chri-  
stum parte verus est usus, ac fructus

proprios, eodem Apostolo teste, vide-  
licet, Ut abnegantes impietatem, &  
secularia desideria, sobriè & iuste &  
piè viuamus in hoc seculo. In eundem

Luc. 1. sensum nobis proponitur Euangeli-  
cum illud: Ut sine timore de manu ini-  
micorum nostrorum liberati, serua-  
mus illi in sanctitate & Iustitia co-  
ram ipso omnibus diebus nostris.

Tit. 2. Nam idcirco redemit nos Christus ab  
omni iniquitate, ut mundaret sibi po-  
pulum acceptabilem, scelatorem bo-  
norum operum. Ipsius enim Dei sus-

mus

mus factura, creati in Christo Iesu,  
in operibus bonis: quæ præparauit  
Deus, ut in illis ambulemus. Ita con-  
stanter Paulus scribit, omnésque ad-  
monet de obseruanda & colenda sem-  
per iustitia Christiana. Quid multis?  
Filioli, inquit Ioannes, nemo vos se- 1.Ioan.3.  
ducat. Qui facit iustitiam, iustus est,  
sicut & ille iustus est: qui facit pec-  
atum, ex diabolo est. Et Iacobus: Ex Iacobi 2.  
operibus iustificatur homo, & non ex  
fide tantum. Sicut enim corpus sine  
spiritu mortuum est: ita & fides sine  
operibus mortua est.

Quem fructum pariunt Opera  
Iustitiæ Christianæ?

PRÆclarum sanè atque multiplicem 1.Tim. 4.  
cum in hac, tum in futura vita.

Primum quidem hæc opera ex vi-  
ua fide, seu per charitatē operātē pro-  
fecta, non modò signa sunt Christianæ  
vocationis, sed eandem nobis quoque

Q ij      con-

## DE TRIPLO GENERE

confirmat, et certos de illa nos faciunt.

Quamobrem Petrus Apostolus qui ad opera bona nusquam non cohorta-

2. Pet. 2. tur, hoc etiam adiecit: Fratres magis satagit, ut per bona opera certam vestrām vocationem & electionē faciat. Hęc enim facientes, non peccabitis aliquando.

Secundò, gratiam credentibus au-  
2. Cor. 7. gent, atque sanctificationē perficiunt,  
Iacobi 2. Apostolo teste: ut hinc etiam Iacobus affirmet: quod Fides quae operibus co-  
operator, ex iis dē quoq; cōsummetur.

Tertiò, fiduciam bonae conscientiae pariunt, magis q; ad orādum & quid=libet à Deo impetrandū animāt. Scri-  
tobīc 4. ptū est enim: Fiducia magna erit co-  
ram summo Deo eleemosyna omnibus  
1. Ioan. 3. facientibus eam. Et rursus: Chariſſi=mi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mādata eius custodimus,  
& ea

& ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Exemplū extat in Ezechia Re= Esa.38. ge, qui bona conscientia fretus, ac Dei voce in hoc ipso comprobatus dixit: Obsecro domine, memento quæso, quo modo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.

Demum id efficiunt, ut laborantes Matth.20 in vinea Christi denarium diurnum et Grego. accipiamus, hoc est, ut promissam & in Hom. ternæ vite mercedem, iustitiæ & co= 2. Tim. 4. ronam, dum in Ecclesia Dei mandata Matth.19. seruamus, in Christo promereamur.

Ait igitur Dominus, Voca operarios, Matth.20 & redde illis mercedem. Ait David: Seruus tuus custodit ea, Diuina scilicet Psal.18. cet præcepta, in custodiendis illis re= tributio multa. Ait & Paulus: Bo= 2. Tim. 4. num certamen certavi, cursum con= summaui, fidè seruavi: in reliquo re= posita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iu-

Q iij stus

## DE TRIPLOCI GENERE

stus Iudex: non solum autem mihi, sed  
& ijs qui diligunt aduentum eius.

Matth. 16. Ait deniq; & ipse Christus: Si vis ad

Matth. 7. vitam ingredi, serua mādata. Qui fa-

Luc. 6. cit voluntatem Patris mei qui in cœ-

lis est, ipse intrabit in regnum cœlo-

rum. Ex quibus fit perspicuum, quan-

ti omnium nostra referat Diuinam ob-

Apoc. 21. seruare vocem in Apocalypsi: Qui iu-

stus est, iustificetur adhuc: & san-

Matth. 16. ctus, sanctificetur adhuc. Ecce venio

Galat. 6. citò, & merces mea cum mecum est, redde-

re vnicuique secundum opera sua.

Bonum igitur facientes non defici-

mus, tempore enim suo metemus non

deficientes.

Quot sunt genera bonorum ope-  
rum, in quibus Iustitia Christia-  
na cernitur & exercetur?

Petrus Chrysostomus. **E**Iusmodi sunt triplicia, videlicet,  
Oratio, Ieiunium, & Eleemosyna,  
sicuti ex literis sacris accipimus. Nā  
reliz-

reliqua ferè benefacta, quæ ex fide vi-  
 ua proficiscuntur, & Iustitiam Chri- Matth. 5.  
 stianam commendant, augent, atque Iacobi 2.  
 consummant, ad hosce tres fontes faz 1. Petr. 4.  
 cile referuntur. Hinc illa præclara Tob. 12.  
 vox Angeli Raphaëlis, Bona est ora-  
 tio cum Ieiunio, & Eleemosyna ma-  
 gis quam thesauros auri recondere:  
 Augustinus verò dilucidè dixit: Hæc In Psalm.  
 iustitia hominis in hac vita, Ieiuniū, 42.  
 Eleemosyna, Oratio. De quibus nos Matth. 6.  
 etiam Euangeliū expreßè docet, ad-  
 ditque promissiōnes de parata cœlesti  
 mercede his, qui in Ecclesia syncerè,  
 citra hypocrisiā, & ex fide ieunant,  
 orant, ac eleemosynam tribuunt. Hinc  
 fidelis illa sponsio, toties repetita: Pa= Ibidem.  
 ter tuus qui videt in abscondito, red-  
 det tibi. Et hæc ipsa sunt, in qui-  
 bus Christus, ut benè beateque viua= Matth. 5.  
 mus, abūdere vult nostram iustitiam,  
 & ita lucere coram hominibus, ut vi-  
 deant opera nostra bona, & glorificēt

Q. iij Patrem

## DE TRIPLOCI GENERE

Matth. 13. Patrē. Propter hæc è Charitate p̄ae-  
c. 25. stita, iusti in regnū adsciscētur ēter-  
Ioan. 5. num: ob eadem verò neglecta, iniusti  
2. Cor. 5. in gehennam ignis præcipitabuntur.

Quid est Ieiunium?

**N**on simplex huīus nominis est  
In Ioannē acceptio. Magnum & generale  
et de cō. Ieiunium Augustinus vocat, abstine-  
sec. dist. 5. re ab iniquitatibus & illicitis volu-  
ca. Iei- ptibus seculi. Deinde Philosophia-  
nium, & cum, ut quidam vocant, Ieiunium est  
e. Nibil. parsimonia illa cibi, ac potus, moras-  
lisq; sobrietas, qua temperatē vivitur  
etiam ab Ethnicis secundūm rectam  
rationem.

Synod. Mo Tertiō Ecclesiasticum est Ieiuniū,  
gunt. c. 35 Vt pote cūm iuxta certū Ecclesiæ mo-  
Et Brac- rem atque præscriptum, certis diebus  
car. 2. Ca- & carnium esum nobis subtrahimus,  
no. 9. Et & vñica duntaxat refectione conten-  
Can. dist. tisimus. Cuiuscemodi Ieiunium piè  
76. & de & Christianè suscipitur ad carnem  
edo=

BONOR. OPERVM. 110

edemandam, spirituiq; subijciendam, cōse. dist. 5  
ad fructus p̄enitētiae dignos præstan- Ambro. c.  
dos, ad obedientiam exercendam, ac 6. dist. 35.  
demum ad qualemq; Dei gratiam  
consequendam.

Quid verò his respondendum  
eit, qui legem Ecclesiastici Ie-  
junij conuellunt atque  
contemnunt?

1. Tim. 4.

Primūm admonendi sunt isti, ne Colos. 2.  
falsò Catholicis affingant, quod A= Et Conc.  
postolus detestatur, & Ecclesia sem- Gangren.  
per damnauit in Iudæis, Manichæis, & Tol. 1.  
& Priscillianistis: quod videlicet aut et Bracha  
secundum legem Mosaicā, aut ex fu- ren. 1. Cō-  
perstitione à cibis quibusdam absti- tra Faust.  
neant. Catholici enim, sicut Augusti- Manic. li.  
nus Fausto Manichæo respōdet, quod 30. Et  
à carnibus abstinent, edomādi corpo- Theodo-  
ris causa id faciunt, propter animam ret. in epi-  
ab irrationalibus motibus amplius no. decre-  
humiliādam, non quòd carnes esse im- torum.

muna

## DE TRIPLO GENERE

mundas credant. Nec solum à carnisbus, verum à quibusdam etiā terrae fructibus abstinent, vel semper, sicut pauci, vel certis diebus atque temporibus, sicuti per Quadragesimam fermè omnes. Sic Augustinus, atque ante illum idipsum etiam Epiphanius docet: ubi cōfutat Aërianam heresim, quæ stata Ecclesiæ Ieiunia cuique libera esse vult, atque ad ea neminem obligari.

Ft Ambr.  
li. de He-  
lia et Le-  
iu. Tum  
Cypr. de  
Ieiun. &  
tentat.  
Hiero. li. 2  
Kom. 14.

Quod verò magni momenti & cer-  
ti meriti sit, eiusmodi Ieiunia reue-  
renter amplecti, seduloque obserua-  
re, tam apertè probat Hieronymus  
contra Iouinianum, ut à nullo iure  
possit addubitari. Nec temerè Paus-  
lus affeuerat: Bonum est non mandu-  
care carnem, & non bibere vinum.  
Quibus addenda sunt, quæ suprà do-  
cuimus, de præceptis Ecclesiæ obser-  
uandis, idque non solum ad scandalum  
Augu. ca. evitandum, & ad disciplinam publica-  
cam

BONOR. OPERVM. III

cam retinendam, propterque iram, Illa, Dist.  
sed etiam propter conscientiam, ut A= 12.  
postolus dixit. Constat autem, sicut Rom. 13.  
omnium et atum scriptores compro= Ig. Theo.  
bant, Ecclesiæ disciplinam, consuetus Maxim.  
dinem, traditionem, sanctionem hanc Hierony.  
& esse constantem, & inde ab initio Theod.  
fuisse, ut diebus quibusdam, præser= Epiphan.  
tim Quadragesima, Ieiunium hoc Ec= De conse.  
clesiasticum obseruaretur. Ita docent dist. 5.  
a Canones Apostolorum, & Sacrosan= a Can. 68  
ctæ Synodi: b Gangrensis quidem A= b Can. 19.  
nathemate eos ferit, qui communia Et Mogüt.  
totius Ecclesiæ Ieiunia contemnunt: cap. 35.  
Toletana vero communione eos pri= syn. Tol.  
uari iubet, qui sine ineuitabili ne= 8. cap. 9.  
cessitate, & euidenti languore, car=

nibus in Quadragesima vescuntur. Luc. 10.  
Proinde non Ecclesiæ modò matri, sed Rom 13.  
etiam Christo in Ecclesia sponsa lo= Acto. 15.  
quenti atque precipienti resistunt, Hieron. c.  
sibiique certam damnationem acqui= sittibide  
runt, qui sanctū & salutiferum, et ab cōs. dist. 5.  
Eccles.

DE TRIPLO GENERE

Ecclesia nobis usque commendatum Ieiuniorum institutum abrogant repudiante.

Quid de Ieiunio sacra Scriptura tradit?

Ioel. 2.

**D**Iuina vox est, quæ per Ioelem ad peccatores clamat. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planetu. Nec multò post: Canite tuba in Syon, inquit, sanctificate ieiunium, vocate cætum, congregate populum: vel sicut alij legunt:

Hieron. in Sanctificate ieiunium, prædicare curationem. Ut hinc discamus, Ieiunium

Ioelem. sanctificari cæteris bonis operibus, & sanctificatum curationi proficere

Ibi. & lib. peccatorū, ut Hieronymus interpre-

2. in Ioui. tatur. Nam ut idē è sacrī literis col-

Daniel. 9. ligit, per Ieiunia Daniel vir desideria-

Ion. 3. orum futura cognouit: & Niniuitæ

3. Reg. 19. iram placuerunt Dei: & Elias ac Mo-

Exod. 24. ses quadraginta dierum esurire Dei

fami-

familiaritate saturati sunt : & ipse Deut. 9.  
 Dominus totidem diebus in solitudine Matth. &  
 ieunauit , vt nobis solennes ieunio = Luc. 4.  
 rum dies relinqueret : & acriora dæ = Matth. 17  
 monia docuit , non nisi oratione & ie=   
 iunijs posse superari: Et Apostolus fre 2.Cor.6.  
 quenter se ieunasse dicit: & in Psal = & 11.  
 mis pœnitēs loquitur: Manducaui sic Psal.101.  
 cut cinerem panem meum , & potum  
 meum cum fletu miscebam. Et , Cūm Psalm. 34  
 mihi molesti essent , in duebar cilicio ,  
 humiliabam in ieunio animā meam.  
 Demum quid eo manifestius , quam Matth.9.  
 quòd Christus affirmat fore , vt cūm Luc.5.  
 ipse sponsus discipulis suis maximè Acto.13.  
 dilectus ablatus sit tūc illos licet Spi=   
 ritu sancto plenos , ieunaturos esse?  
 Igitur Paulus ad fideles clamat : Ex= 2.Cor.6.  
 hibeamus nosmetipos , sicut Dei mi=   
 nistros , in multa patiētia , in vigilijs , Galat.5.  
 in ieunijs , in castitate.

*Qui enim sunt Christi , carnē suam  
 crucifixerūt cū vitijs et cōcupiscētijs.*

*Quid*

## DE TRIPLOCI GENERE

Quid est Oratio?

Ex Augus. Et p̄ius nostræ mētis in Deum affectus, quo petūtur fideliter, quæcunque sunt nobis aut alijs salutaria. Modum orandi & formulā singulare Christus præscripsit Matthæi sexto, sicuti suprà declarauimus. Nullum est bonum opus, quod quidem à pluribus, & saepius & diligētius, magisq; necessariò in hac vita Christiano Eccle. 35. sit exercendum. Verè diētū illud, Oratione humiliantis se nubes penetrabit.

Cur in orando seduli & assidui esse debemus?

Vide Au-  
gust. epis. 121. &  
Chryso. de  
orando  
Matth. 11.  
Voniam Oratio proprium & ne-  
cessarium est exercitium fidei,  
habetque nō modò serium præceptum  
in Diuinis literis passim, sed etiam  
Dei promissionem frequentem, ple-  
namque consolationis atque suauita-  
tis. Dico vobis, inquit, ipsa veritas  
Christus: Omnia quæcunque orantes  
peti-

petitis, credite, quia accipietis, & e-  
 uenient vobis. Et rursum: Ego dico Luc. 11.  
 Vobis, petite, & dabitur vobis: quæriz Matth. 7.  
 te, & inuenietis: pulsate, & aperie-  
 tur vobis. Omnis enim qui petit, acci-  
 pit: & qui quærit inuenit: & pulsans  
 ti aperietur. Atq[ue] iterum: Si vos cùm  
 sitis mali, nostis bona data dare filijs  
 vestris: quanto magis pater vester  
 qui in cœlis est, dabit bona petentibus  
 se? Talibus quidem dictis, ut rectè Lib. 1. de  
 colligit Chrysostomus, ac tali spe pro- orando  
 uocauit nos ad orandum vniuersos Deum.  
 rum Dominus. Nos verò decet obtem-  
 perantes Deo, semper omnem vitam  
 in laudibus Dei precibúsque transfige-  
 re, maiore studio curam agentes Diui-  
 ni cultus, quam vitæ nostræ. Sic enim  
 cōtigerit semper viuere vitam homi-  
 ne dignam. Hæc ille.

**Quibus exemplis vim ora-**  
**tionis & fructum col-**  
**ligemus?**

Iacob

## DE TRIPLOCI GENERE

- Iacobi 5. Acobus Apostolus, ut orationis virtutem explicaret exemplo, ita scripsit. Elias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit, ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit: & cælum dedit pluuiam, & terra dedidit fructum suum. Pluribus exemplis Augustinus rem eandem comprobavit:
- Exod. 17. Orante Mose & Samuele vincuntur
1. Reg. 7. à Iudæis hostes Amalechitæ atq; Phiz
- Ierem. 32 listæi. Orans Ieremias confortatur in
- Danie. 6. carcere. Orans Daniel inter Leones
- Danie. 3. exultat. Orantes tres pueri in fornace
- Luc. 23. tripudiant. Orans de cruce latro inuenit paradisum. Susanna per orationem
- inter senes falsò accusantes defenditur. Stephanus orans in cælum suscipitur & inter lapidantes pro Saulo
- Hieron. contra vi- exauditur. Quibus exemplis non magilatum. dò fructus Orationis ostenditur, sed etiam precandi studium ac sedulitas nobis commendatur.. Quare scriptura quoque

quoque Apostolica cobortatur : Sine  
intermissione orate , in omnibus graz  
tias agite. Et rursus : Orate pro inui= 1. Thes. 5.  
cem, ut saluemini: Multum enim va= Iacobis 5.  
let deprecatio iusti assidua. Itē : Hæc 1. Ioan. 5.  
est fiducia quam habemus ad Deum,  
quia quodcumque petierimus secun= dūm voluntatem eius, audit nos. Præ=  
terea : Qui scit fratrem suum peccare Ibidem.  
peccatum nō ad mortem, petat & da=  
bitur ei vita.

Quid est Eleemosyna?

**E**st beneficium seu munus, quo al= terius miseria ex nostro commis= ferationis affectu subuenitur. Quo= spectat id, quod apud Tobiam Raphaël Tob. 12.  
angelus testatur: Bona est Oratio cū  
Ieiunio & Eleemosyna, ut intelliga= mus, sicut Cyprianus admonet, ora= serm. 1. de  
tiones nostras ac ieiunia minus posse, eleemosy.  
ni si eleemosynis adiumentur. Bonamis= sericordia, inquit Ambrosius, quæ &

R ipsa

## DE TRIPLOCI GENERE

Lib. 1. Of- & ipsa perfectos facit , quia imitatur  
siorum. perfectum Patrem . Nihil tam com-  
mendat Christianam animam quam  
Luc. 6. misericordia . Sic ille: Estote ergo mi-  
sericordes, sicut et Pater uester mise-  
Actor. 10. ricors est , ait Seruator clementissimus,  
qui pertransiit benefaciendo & sanan-  
do omnes oppressos a Diabolo.

Quo pacto Scriptura nobis com-  
mendat Eleemosynam?

Multis quidem & apertis præce-  
ptis, promissionibus & exemplis.  
Serm. 1. de Cyprianus docet in Euangelio , nihil  
eleemosy- præcipi frequentius quam ut insista-  
nis. mus eleemosynis dandis : nec terrenis  
possessionibus incumbamus, sed caele-  
stes thesauros potius recondamus.  
Luc. 11. Hinc illæ Christi sententiae: Quod sus-  
pere st, date eleemosynam: & ecce ome-  
nia munda sunt vobis . Vendite que pos-  
sideritis , & date eleemosynam . Facite  
vobis sacculos , qui non veterascunt,  
thes-

thesaurum non deficientem in cœlis.

Atque alibi. Facite vobis amicos de Luc.16.  
 mammona iniuitatis, ut cum defecer-  
 ritis, recipiant vos in æterna taberna-  
 cula. Breuiter, Date, & dabitur vo-  
 bis. Proinde Daniel Propheta impio Daniel. 4  
 Regi consulit: Peccata tua eleemosy-  
 nis redime, & iniuitates tuas mise-  
 ricordijs pauperum. Tum alibi legi-  
 tur: Ignem ardensem extinguit aqua, Eccle.3.  
 & eleemosyna resistit peccatis. Neq;  
 hominis verò, sed Angeli vox ea fuit, Tob.12.  
 Eleemosyna à morte liberat, & ipsa  
 est quæ purgat peccata, & facit inue-  
 nire misericordiam & vitam æter-  
 nam. Quin & Christus ipse pronun-  
 ciat, Quicunque potum dederit vni ex Matth.10  
 minimis istis calice aquæ frigidæ, tā-  
 tū in nomine discipuli, amen dico vo-  
 bis, nō perdet mercedē suā. Beati igitur Matth.5.  
 tur misericordes, quoniam ipsis mises-  
 ricordiam consequentur. Econtrario  
 autem, ut Iacobus affirmat, Iudicium Iacobi 2.

R ij fine

DE TRIPLO GENERE  
sine misericordia illi, qui non facit  
misericordiam.

Quibus exemplis Eleemosynæ  
virtus & fructus declaratur?

- Gene.18.** IN sacris quidem literis Abraham  
& Lot h̄ ita cōmendātur, ut propter  
**Hebr.13.** hospitalitatem & Deo placuisse, &  
Angelos hospitio excepisse dicantur.  
**Tob.12.** Tobiae & Centurionis Eleemosynæ  
tantum valuerūt, ut in memoriam as-  
cenderint in cōspectu Dei, & non so-  
lū m̄ testes, sed etiā collaudatores ha-  
**Luc.19.** buerint sanctos Angelos. Zachaeus  
Christi verbis permotus, & ex Princ-  
ipe Publicanorum speculum mise-  
ricordiæ factus, dimidium bonorum  
**Acto.10.** dat pauperibus. Tabitha, quæ &  
Dorcas vocatur, ut plena operibus bo-  
nis & Eleemosynis, quas viduis  
præsertim faciebat, à Lue-  
ca celebratur.

De

# De Operibus

Misericordiæ.

Quid est Misericordia?

**E**ST, sicut Augustinus affirmat, animi condolentis affectus, cum additamento beneficij, ut compatiamur proximo, & largiamur de proprio. Quod misericordia nomen pro eleemosyna dici & accipi persæpè solet. Omnis misericordia, teste Diuina Scriptura faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum. Vnde & Chrysostomus: Chrysost. Misericordia est salutis praesidium, in Matth. fidei ornamentum, propitiatio peccatorum: Hæc est quæ iustos probat, sanctorum roborat, Dei cultores ostentat. Quin etiā, si Ambrosio credimus, Omnis summa disciplinæ Christianæ in ad Timot. misericordia & pietate est. In Epist. 1. cap. 4.

R. iij Sunt

DE OPERIBVS

Sunt'ne vnius generis Misericordiæ opera?

**D**uplicis ea generis esse inueniuntur: cùm alia sint corporalia, alia spiritualia. Corporalia quidem dicta,  
1. de mori quoniam ad corporale miseriam probus Ecclesiimi subleuandam exercentur. Spiritualiter Catbo. tualia vero, quod in his saluti proximi  
spirituali benè consulimus, atque operam damus. Huius multiplicis misericordiæ clarū præbet exemplū Iob beatus & ibidem nignissimus, qui de seipso testatur: Ab Gregor. infantia mea crevit mecum miseratio, et de utero matris meæ egressa est mea cum. Oculus fui cæco, & pes claudo: pater eram pauperū, & causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam. Cöterebam molas iniqui, & dentibus illius auferebam prædam. Item, Iob. 31. Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.

Quot sunt opera misericordiæ tu corporalia, tum spiritualia?

Septem

**S**eptem in utroque genere numerantur. Ac primum quidem corporonones Di-  
nalia in hunc modum: Esurientes patet. 45.  
cere, potum dare sifientibus, operire & 86.  
nudos, captiuos redimere, ægrotos in-  
uisere, hospitio peregrinos suscipere,  
mortuos sepelire.

Deinde vero spiritualia hoc modo  
digeruntur: Peccantes corripere, iga-  
norantes docere: dubitantibus recte  
consulere, pro salute proximi Deum  
orare, consolari moestos ferre patienter  
iniurias, offendam remittere. Quæ  
humanæ pietatis officia, præsertim  
hominibus Christianis, tam aper-  
ta sunt, ut longa tractatione nequaquam  
egeant.

Quomodo isthæc Scriptu-  
ris ostenduntur?

**P**VLCHRÈ quidem ac passim, sicut im-  
primis illa Esaiæ verba, aut potius  
Dei præcepta commonstrat: Frange, Esa. 53.  
R. iij inquit,

DE OPERIBVS

Esa. 58. inquit, esurienti panē tuum, & ege-  
nos vagosque induc in domum tuam.  
Cūm videris nudum, operi eum : &  
carnem tuam ne despixeris. Quorum  
officiorum ingens quoque fructus ibi-  
dem additur : Tunc anteibit faciem  
tuam iustitiatua, & gloria Domini  
colliget te. Et Ioānes, qui in charitate  
& misericordia fraterna nobis com-  
mendāda totus est, sic inter cætera do-

I. Joan. 3. cet: Qui habuerit substantiam huius  
mundi, & viderit fratrem suum ne-  
cesse habere, & clauerit viscera sua  
ab eo, quomodo charitas Dei manet in  
eo? Neque contentus hoc dicto, p̄ræ-

Ibidem. clarè concludit: Filioli mei, nō diligas  
mus verbo neque lingua, sed opere &  
veritate. In hoc cognoscimus quoniam

Matth. 25 ex veritate sumus. Hæc sunt fideliū,

Luc. 14. vereq; iustorum opera, quæ in extre-  
Dis. 42. in mo illo iudicio Christus agnoscet &

principio. approbabit: propter quæ Regnū pro-  
missum decernet, iustitiae & coronam  
reddet

reddet misericordibus, quos & ipse  
iustos prædicat. Ac satis haec tenus de  
corporalibus præcipue operibus mi-  
sericordiæ.

De spiritualibus autem Scri-  
ptura quid testatur?

**A** Postolica sententia imprimis hoc Rom. 15:  
spectat: Debemus nos firmiores  
imbecillitatem infirmorum sustine-  
re, & non nobis placere. Vnusquisque  
vestrum proximo suo placeat in bo-  
num ad edificationem: Etenim Chris-  
tus non sibi placuit. Ac rursus illud: Ephe. 4.  
Estote inuicem benigni, misericordes,  
donantes inuicem, sicut & Deus in  
Christo donauit vobis, Estote ergo Ephe. 5.  
imitatores Dei sicut filij charissimi,  
& ambulate in dilectione, sicut &  
Christus dilexit nos. Tum postea: In Ephe. 6.  
duite vos sicut electi Dei, sancti et dia Colos. 3.  
electi Dei, viscera misericordiæ, beni-  
gnitatem, humilitatem, modestiam,  
patienc

## DE OPERIBVS

patientiam, supportantes inuicem, &  
donantes vobis metip̄sis, si quis aduera-  
sus aliquem habet querelā sicut Do-  
minus donauit vobis: ita & vos. Ite-

**2. Thes. 5.** rum verò. Corripite inquietos, conso-  
lamini pusillanimes, suscipite infir-  
mos, patiens estote ad oēs. Hæc aliaq̄z

**1. Cor. 9.** id genus permulta pāssim Paulus co-

**2. Cor. 11.** mendat, qui, ut omnes faceret saluos,

**A&cor. 20.** sic omnibus omnia factus est, omniq̄ue  
fraternæ misericordiæ officio emi-  
cuit, ut nobis insigne pietatis exem-  
plum vbiique præbeat.

Quæ summa est doctrinæ omnis  
de misericordiæ operibus  
præstandis?

**A**postolus rem omnem hoc quasi  
vñico verbo complexus est: Al-  
**Galat. 6.** ter alterius onera portate, et sic adi-  
plebitis legem Christi, puta legē Chaa-  
**Rom. 13.** ritatis. De qua lege rursus idem: Si  
**1. Tim. 1.** quod est mādatum, inquit, in hoc ver-  
bo ina-

bo instauratur : Diliges proximum  
tuum sicut te ipsum. Breuiter, vni- Eccle. 17.  
cuique mandauit Deus de proximo Matth. 7.  
suo. Ita vero mandauit, veluti Chri- Luc. 9.  
stus interpretatur : Omnia quæcumq;  
vultis, vt faciant vobis homines, ita  
& vos facite illis. Hæc est enim Lex  
& Prophetæ..

## De Virtutibus Cardinalibus.

Quid sibi vult nomen & ratio  
Cardinalium virtutum?

**C**ardinales quædā virtutes id- August. de  
circo dicuntur, quod sint tanq; spiritu &  
caliarum fontes et cardines: ut anima. Et  
quæadmodū ostiū in cardine, sic omnis Amb. lib. 1  
honestæ vitæ ratio in illis versetur, ac Officior.  
boni operis vniuersa structura ijsdem  
in initio quodammodo videatur. Eiusmodi  
vero quatuor numerantur: Prudentia,  
Iustitia

# DE OPERIBVS

Iustitia, Temperantia, & Fortitudo:  
Sapien. S. De quibus ita scriptum extat: Sobrietatem, & Sapientiam docet, & Iustitiam  
Augu. li. i. tiam, & Virtutem: quibus utilius nihil est in vita hominibus. Vbi personae  
Retracta. brietatem temperantia, per sapientiam prudētia, per virtutem fortitudine haud obscure designatur, omnesque illæ nobis ita commendātur, ut ab æternis  
Prou. 9. et na sapientia, qui Deus est, eas propriè  
Eccle. 24. conferri, & ingēti cum fructu humanae salutis accipi atque exerceri, certò intelligamus. Quæ virtutes etiam  
Officiales dictæ sunt, quoniam ab ijs,  
Lib. 1. Of- vt Ambrosius annotauit, nascuntur  
fiorum. officiorum genera, cunctaque communis  
vitæ officia secundum suam cuiusque  
vocationem deriuantur.

Quomodo Cardinales virtutes definiuntur?

Definit P Rudentia est virtus, quæ secundum  
easdē Au- honesti rationē, quid expetendum,  
quidve

quidve fugiēdum sit, homini præscribit. lib. li. de  
bit. Iustitia est virtus, qua cuique sua libero ar-  
tribuuntur. Temperantia, est virtus, bitrio.  
voluptatum carnis, quæ gustu atque De his Am-  
tactu percipiuntur, moderatrix. For- bro. disse-  
titudo est virtus, qua labores mortisq; rit libris  
pericula constanter & suscipiuntur, 3. Officio.  
& perferuntur.

Hæc est nobilis quadriga virtutis. Li. de Ge-  
tum, qua in cœlum vehimur: hæc flu- nesi cōtra  
mina quatuor paradisi, ut Augustinus Manich.  
nus vocat, cuius & hoc dictum extat Lib. i. con-  
memorable: Illa est, inquit, humanae tra Acadē-  
rum rerum scientia, quæ nouit lumen micos.  
prudentiae, temperantiae decus, fortia-  
tudinis robur, iustitiae sanctitatem.  
Hæc enim sunt, quæ nullā fortunam  
metuētes, verè nostra dicere audemus.

Quo pacto prudentia nobis sa-  
cris literis commendatur?

O Mnis prudentiae fons Christus, Luc. ii.  
verus ille Salomon, ita docet: Matth. io  
Estos

## DE VIRTUTIBVS

¶ ibidem Estote prudentes sicut serpentes, & Theophil. simplices sicut columbae, ut intelligamus, ad perfectam prudentiam utrumque coniunctim requiri, columbinam videlicet simplicitatem, quae innocentes mitesque facit: & serpentinam prudentiam, quae homines cautos ac prouidios reddit, ut nec fallant, neque fallantur. Id fiet, si Paulinæ doctrinæ nos accommodemus: Videte fratres, inquit, quomodo cautè ambuletis: non quasi insipientes, sed ut sapientes: redimenter tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei, bona scilicet, & beneplacens, & perfecta.

Rom.12. De Iustitia quid porrò Scriptura tradit?

Prou.16. **M**Elius est, inquit, parum cum iustitia, quam multo fructus cum iniquitate. Etrursum: Iustitia eleuat gen-

gentem: Iustitia firmatur solium. Cuius quidem iustitiae officium nobis per Apostolum his verbis explicatur: Reddite omnibus debita: cui tribus Rom. 13.  
tum, tributum: cui vestigal, vestigal:  
cui timorem, timorem: cui honorem,  
bonorem. Huc spectant iusti, & beas  
ti viri partes, his verbis in Psalmo de-  
cantatæ: Qui nō egit dolum in lingua Psal. 14.  
sua, nec fecit proximo suo malum, &  
opprobrium non accepit aduersus pro-  
ximos suos. Qui iurat proximo suo &  
non decipit, qui pecuniam suam non  
dedit ad usuram, & munera super in-  
nocentem non accepit.

Ex quo facile constat, Iustitiae nomine  
cocontractius hic accipi, quā ubi genera-  
tim de iustitia Christiana differim⁹.

Quomodo Temperantiam  
scriptura docet?

**H**oc ipso sanè, Sobrius esto. Et, Mo 2. Tim. 4.  
dico vino utere, quæ verba sunt 1. Tim. 5.

Apo-

## DE VIRTUTIBVS

- Ephe. 5.** Apostolica, sicut & illud: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Sic
- Rom. 13.** idem Paulus nos procul esse iubet à commessationibus & ebrietatibus, à cubilibus & impudicitijs, quæ sunt opera tenebrarum. Addit præterea:
- Ibidem.** Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Cui consonat Ecclesiasticus, ubi
- Eccl. 37.** sic habet: Noli audi⁹ esse in omni expulsiōne, & nō te effundas super omnem escam. In multis enim escis erit infirmitas, & auditas appropinquabit usq; ad cholera⁹: Propter crapulam multi obierunt. Qui autem abstinent est, adiicit vitam.

De fortitudine quid habet  
Scriptura?

- 1. Cor. 15.** **C**Lamat inuicissimus ille Paulus: Fratres mei dilecti, stabiles esto & immobiles: abundantes in omni opere Domini semper, scientes quod labor vester nō est inanis in Domino.
- Ac

Ac rursum: Fratres confortamini in Ephe.6.  
 Domino, & in potentia virtutis eius.  
 Induite vos armaturam Dei: ut possitis  
 stare aduersus insidias diaboli, &  
 resistere in die malo, & in omnibus  
 perfecti stare. Tum Dauid ille Rex  
 fortissimus, ut veræ fortitudinis ra-  
 tionem uno verbo cōplete retur pro-  
 nunciat confidenter: In Deo faciemus Psal.107:  
 virtutem, & ipse ad nihilum deduc-  
 et tribulantes nos. Atque alibi suos  
 veluti commilitones ad spiritualem  
 militiam excitas, canit: Viriliter agi- Psal.30.  
 te, & confortetur cor vestrum, omnes  
 qui speratis in Domino.

Ea verò demum vita homine digna  
 est, qua prudenter, iustè, temperatè,  
 fortiterq; viuitur: hinc aurea medio-  
 critas constat, ut ne quid nimis, & ne  
 quid minus. Hoc est, quod Scriptura Prou.4.  
 loquitur: Ne declines ad dexte-  
 ram, neque ad sinistram.

S              De

DE DON. ET FRVCTI.

De Donis & Fru-  
ctibus Spiritus sancti.

Quot sunt dona Spir-  
itus sancti?

Esa.11.  
& ibidem  
Hiero. ac  
Origen.  
Amb. li. 1.  
de Spiritu  
sancto.

Augustin.  
Gregor.  
Bernar.  
Ioan. 1.  
Colos. 2.  
Ioan. 1.  
1.Ioan. 4.  
Rom. 8.

**E**Iusmodi septem apud Esiam  
Prophetam & Ecclesiæ Pa-  
tres inueniuntur: Spiritus Sa-  
cientiæ, Spiritus Intellectus, Consi-  
lij, Fortitudinis, Sciëtiæ, Pietatis: ac  
demum Spiritus timoris Domini.

Quæ quidem dona, vel qui Spiris-  
tus in Christo Iesu Domino nostro  
perfectius, quam in ullo alio, repe-  
riuntur. Is enim plenus est gratiæ &  
veritatis: in illo habitat omnis plenia-  
tudo Diuinitatis corporaliter: De ple-  
nitudine eius nos omnes accepimus,  
qui & de Spiritu sancto suo dedit no-  
bis. Si quis autem Spiritum Christi  
non habet, hic non est eius, si Apo-  
stolo credimus.

Quot

Quot sunt fructus Spiritus?

A B eodem Apostolo Paulo duodecim numerantur.

Primus est Charitas, radix illa bona 1. Cor. 13.  
norū omniū: sine qua non possunt pro= August. in  
desse cætera bona, & quæ ipsa nō pos epist. Ioā.  
test habere sine cæteris bonis, quibus Et in Euā.  
homo efficitur bonus, ut inquit Aug. Ioan. tra-  
stat. 87.

Alter fructus est Gaudium, hoc  
præstans, ut homo spiritualis alacri-  
ter, lœteq; seruiat Deo.

Tertius Pax, quæ eo spectat, ut in  
buius mundi procellis animi seruetur  
tranquillitas.

Quartus Patientia, quæ in duris  
ferendis est sita.

Quintus Longanimitas, quæ ma-  
gnitudinem animi declarat in futuris  
bonis expectandis.

Sextus Bonitas, quæ nulli nocet,  
sed benè vult omnibus.

Septim⁹ Benignitas, iuitas ad famili-  
aritatem, dulcis allogo morib⁹ tēperata.

Sij Octas

## DE DON. ET FRVGTI.

Octaūus Mansuetudo, quæ omnes  
iræ motus sedat & mitigat.

Nonus Fides in proximū, vt fide-  
les, pæctorumq; ac promissorum obser-  
uatores simus.

Decimus Modestia, quæ omnem  
fastus & arrogantiæ suspicitionem  
excludit.

Vndecimus Continentia, qua non  
solum ab escis, sed etiam ab omni ne-  
quitia abstinemus.

Duodecimus Castitas, quæ men-  
tem castam in corpore casto cōseruat.

Quomodo doctrina de donis  
& fructibus Spiritus ri-  
tè vtemur?

**I**Ta videlicet, si gratis animis vnde  
illa nobis proueniant, agnoscamus:  
ac eorundem virtutē & usum in no-  
bis sentiamus atq; conseruemus. Pro-  
ueniunt certè ab omnis gratiæ fonte  
**Iacobij 1.** Patre illo lumen, qui nobis suam  
boni-

bonitatem & charitatem immensam  
in his commendat, dum per Christum Tit. 3.  
in nostram abunde Spiritum suum ef-  
fundit. Charitas enim Dei, ut Aposto- Rom. 5.  
lus testatur, diffusa est in cordibus  
nostris per Spiritum sanctum qui da-  
tus est nobis, secundum hanc gratiam  
scilicet septiformem, Christo nobis ita  
promerente. Qui credit in me, inquit, Ioan. 7.  
sicut dicit scriptura, flumina de ven-  
tre eius fluent aquæ viuae. Hoc autem  
dixit de Spiritu quem accepturi erat  
credentes in eum, ut ipse explicat Euana-  
gelist. Alioquin abs Christo, sicut  
Hieronymus dixit, nec sapiens quis.  
esse potest, nec intelligens, nec consili-  
arius, nec fortis, nec eruditus, nec  
pius, nec plenus timoris Dei.

Virtus autem & usus horum do- In caput  
norum spiritualium eò spectat, ut vir- Esa. 11.  
tutes Theologicæ simul & Cardina-  
les, quas diximus, suam in nobis vim  
& operationem legitimam expediat,

S iij & ex-

## DE DON. ET FRVCTI.

& expedite perficiant. Efficiunt quoque,  
ut homines prorsus lubentes & habentes  
ducem Spiritum sanctum ubique  
sequantur, utque eodem agitati &  
**Psal. 50.** confirmati, in via mandatorum Dei  
118. et 142 indefesse procurrant. Quicunque enim  
**Rom. 8.** Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii  
Dei, Apostolo teste. De his donis pro-  
lixum esset nunc agere sigillatim: Inde  
porro suauissimi fructus Spiritus co-  
sequuntur, qui nos veluti frugiferas  
arbores in Ecclesiæ agro commen-  
dant atque ostendunt, secundum illos  
**Psalm. 51.** Iud: Omnis arbor bona fructus bonos  
**Matth. 7.** facit: mala autem arbor malos fru-  
ctus facit. Igitur ex fructibus eorum  
cognoscetis eos. Qui fructus etiam  
illud commodi adferunt, ut homo Chris-  
tianus aduersus carnis opera, velut  
spirituali quadam armatura, sit in-  
structus & confirmatus. Nunquam  
enim falleat Canō Apostolicus, qui ha-  
**Galat. 5.** bet: Spiritu ambulate, & desideria  
carnis

carnis nō perficietis. Et alibi scriptum  
est: Si spiritu facta carnis mortificas Rom. 8.  
ueritis, viuetis.

Quæ sunt carnis opera?

**E**sunt, de quibus Apostolus ita  
differit: Manifesta sunt opera Galat. 5.  
carnis: quæ sunt, Fornicatio, immuni-  
dicia, impudicitia, luxuria, idolorum  
seruitus, veneficia, inimicitiae, con-  
tentiones, emulationes, iræ, rixæ, dis-  
ensiones, seclæ, inuidiae, homicidia,  
ebrietates, cōmessiones, & his simi-  
lia: quæ prædico vobis, sicut prædicti,  
quoniam qui talia agunt, regnum Dei  
non consequentur. Et subiungit: Qui  
autem Christi sunt, carnem suam cru-  
cifixerunt cum vitijs & concupis-  
centijs. Breuiter: Qui in carne sunt, Rom. 8.  
ut secundum carnis videlicet deo-  
sideria ambulent, Deo pla- August. de  
cere non possunt. uerbis A-  
postoli.

S iiii De

DE OCTO  
De octo beatitu-  
dinibus.

Quæ'nam sunt Euangelicæ  
legis Beatitudines?

Ambro.in Llæsanè sunt, quas & Dominicas  
Luc.lib.5. Beatitudines, et benedictiones Am-  
Matth.5. brosius vocat quæ apud Matthæu-  
Euangelistam octonario numero rea-  
censentur in hunc modum.

- I. Beati pauperes spiritu: quoniam ipse  
forum est regnum cœlorum.
- II. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt  
terram.
- III. Beati qui lugent: quoniam ipsi conso-  
labuntur.
- IV. Beati qui esuriunt & sitiunt iusti-  
tiam: quoniam ipsi saturabuntur.
- V. Beati misericordes: quoniam ipsi mi-  
sericordiam consequentur.
- VI. Beati mundo corde: quoniam ipsi  
Deum

Deum videbunt.

Beati pacifici: quoniam filij Dei vos **VII.**  
cabuntur.

Beati qui persecutionem patiuntur **VIII.**  
propter iustitiam: quoniam ipso-  
rum est regnum cœlorum.

Quare hæc de Beatitudinibus  
doctrina est obseruanda?

**Q**uoniam prima & maxima pars  
est legis Euāgelicæ, quam Chri-  
stus Legifer noster in monte tradidit **Esa. 33.**  
ore suo sacro sancto: ut noscent omnes **Matt. 5.**  
quid Christiana Iustitia ultra fidem  
complectatur & postulet: deinde sci-  
rent quomodo iustis corona iustitiae,  
ut Paulus vocat, vel merces æterna **2. Tim. 4.**  
non sine labore obueniat. **2. Ioan.**

Quid verò circa hanc de Beati-  
tudinibus doctrinam præci-  
puè notandum est?

**P**rimùm quidem obseruari debet **Bern. ser.**  
**gra-**

D E O C T O

1. de Feste gradus inter eas distinctos esse, ut ex omnium ipso tum ordine, tum numero perspiciatur. Deinde, in quolibet gradu coniunctim duo proponi, quorum alterum ipse sit aetus virtutis, seu meritum, & Beatus huius vitae, ut nuncupant: alterum vero aeternae vitae premium suo merito congruens, quam beatitudinem patriae licet appellare. Si eti autem prior pars laborem & difficultatem offert creditibus: ita posterior, quae statim in singulis gradibus adiicitur: magnitudine propositi premij consolationem admiscet, lenitque labores, sudores, & Agones in Christiana militia omnibus perferentur.

2. Tim. 2. dos. Non enim coronabitur nisi qui lessentur.  
1. Cor. 3. gitime certauerit. Unusquisque propriam mercedem accipiet, secundum Galat. 6. suum laborem. Quae seminauerit homo, haec & metet, ut constanter gentium Doctor asseuerat. Quamobrem Dominus, priusquam tremendum se iudicaret.

iudicem orbi sistat, ad expectationem Hebr. 10.  
aduentus sui nos omnes his verbis pro= Acto.17.  
iuocat: Ecce venio cito, inquit, & mer= Apoca.22  
ces mea mecum est, reddere vnicuiq;  
secundum opera sua. Qui vicerit, das Apoc. 3.  
bo ei sedere in throno meo, quæde= Matth.19.  
num summa, æterna & absoluta est Luc.22.  
Beatitudo.

## De Consilijs Euangelicis.

Quæ dicuntur Euangeli-  
ca consilia?

**F**avidelicet, quæ cum ad salutem August. in  
tem consequēdam simpliciter Enchirid.  
necessaria non sint, tamen ut Et ser. 61.  
parandæ salutis ratio expeditior habet de tempore.  
beatur ac facilior, à Christo proponūt  
tur atque consuluntur. Vnde discri- 1. Cor. 7.  
men, quod Scriptura inter præcepta et Matth. 19  
confitit

## DE CONSILIIS

consilia statuit, est sedulò retinēdum,  
ut illa quidem tāquām obseruatu ne-  
cessaria præscribi: hæc verò perfectā  
præceptorum obseruationem promo-  
uentia suaderi ac spontē suscipi intel-  
ligamus. Hinc Apostolus, quum de  
obseruando Cœlibatu docere vellet,

1.Cor.7. ita pronuntiat: De virginibus præce-  
Amb.li.10 ptum Domini non habeo: Consilium  
epis.81. et autem do tanquam misericordiā con-  
sequent. sequutus à Deo, ut sim fidelis. Quò  
Ser.61.de spectat quod Augustinus perspicue  
tempore. dixit: Aliud est consilium, aliud præ-  
ceptum. Consilium datur, ut virgi-  
nitas conseruetur: ut à vino & à cara-  
nibus abstineatur: ut vendantur ome-  
nia, & pauperibus erogentur. Præ-  
ceptum verò datur, ut iustitia custo-  
diatur: ut omnis homo diuertat à ma-  
lo, & faciat bonum. Et rursum: Con-  
silium qui libenter audierit & fece-  
rit, maiorem habebit gloriam. Præces-  
ptum qui non impleuerit, nisi pœni-  
tentia

tentia subuenerit, euadere pœnā non poterit. Augustino consonat Ambro-  
sius, cùm ita scribit: Non præcipitur epist. 82. Amb. li. 10  
quod supra legem est, sed magis dato  
suadetur consilio, & quod tutius est,  
demonstratur. Item: Consilium inuitat  
voluntarios: præceptū etiā astrinxit inuitos. Neque aliter sensit Hie-  
ronymus, ut hæc eius verba declarat. tra Iouin.  
Vbi consilium datur, offerentis arbitri & ad Eu-  
trium est, ubi præceptum, necessitas stochii de-  
est seruientis. Sed maioris est merce= custodia  
dis, inq̄t, quod nō cogitur & offertur. uirgi.

Quot sunt Euangelica consilia?

**O**Mnia enumerare iam non attinet: principalia verò tria sunt,  
Paupertas, Castitas, & Obedientia:  
sicut sacris ex literis patres intellexe-  
runt. Paupertas ad eos pertinet, qui Matth. 19.  
semel omnia relinquunt, ut Christum Actor. 4.  
exemplo Petri Apostoli perfecte se Matt. 10.  
quantur.

Castis

## DE CONSILIIS

Niceph.li. Castitas eorum est, qui seipsoſ cas-  
2. cap.16. strauerūt propter Regnum cœlorum,  
et veluti Tertullianus dixit, se vo-  
luntarios probant ſpadones.

Matth.16. Obedientiam verò præſtant, qui,  
Luc.9. ut ſeipſoſ plenè abnegent, non ſolū à  
Nicep.li. cupiditatibus, verum etiam voluntas  
11. cap.37 tibis ſuis, quod Scriptura admoſet,  
Eccl.18. prorsus auertuntur, dum alienæ vo-  
luntatiſſe totos ſubijciunt.

Huiusmodi conſilia, Christus per-  
fectionis Euangelicæ abſolutum ex-  
emplar, non verbo tantum docuit,  
vti mox oſtendemus, ſed etiam exem-  
pli vitæ ſuæ ſanctiſimæ nobis confir-  
mauit. Qui cum diues eſſet, propter  
2. Cor.8. nos pauper factus eſt, non habens ubi  
Matth.8. caput reclinaret: qui Virgo etiam ex-  
Eſa.7. Hiero. cō- tra Iouin. Virgine natus, et ſanctarum Virgi-  
li.1. et ad num ſponsus, et amator idem caſtiſ-  
Eustoch. ſimus uſq; perſeuerauit: qui tam ſedulus  
Luc.2. demum in præſtanda obedientia fuit,  
Pbiliſ.2. ut matri Virgini, adeo et Fabro ſubdi-  
tus,

tus, & ad mortem usque crucis Patri  
obediens factus, de seipso testetur:  
Descendi de cœlo, non ut faciam vos Ioan. 6.  
luntatem meam, sed voluntatem eius  
qui misit me.

Vbi cōsilium paupertatis Euan-  
gelicæ à Christo docetur?

**A** Pud Matthæum eo in loco ostenditur Matth. 19 qui sequitur Diuinorum Basil. in præceptorum enumerationem: de quibus regula monachorum præceptis unicusque citra exceptionem dictum est: Si vis ad vitam beatitudinem ingredi, serua mandata. Ac deinde Consilium de voluntaria paupertate secunda proponitur, addita formula singulari, quæ illud capessentis arbitrio relinquere, cum inquit Dominus: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: veni, sequere me. Vbi non solum ita consulit Dominus, verum

rum

## DE CONSILIIS

rumetiam quasi calcar addat, & ut  
homines ad consilium hoc amplecten-  
dum lubetiores faciat, præmij propo-  
nit magnitudinē, quo nos alliciat atq;

**Matth. 19.** consoletur. Sic enim fore promittit, ut  
**Cassia. in** qui omnibus propter Christū relictis  
fine colla- pauper est, is habeat thesaurū in cœlo  
tionum. accipiat centuplum, & possideat vi-  
tam æternam, quæ diuitibus aditu est  
perdifficilis.

Huiusmodi Paupertatis cultores  
ac professores erant Apostoli, quorum  
nomine fidetere dixit Petrus ad Chri-  
**Matth. 19** stum: Ecce nos reliquimus omnia,  
& sequuti sumus te. His accedunt  
nascentis Ecclesiae Christiani, qui,  
**Actor. 4.** uti Lucas testatur, vendebant posse-  
**Niceph.** siones, & pecuniam ex his redactam  
**li. 2. ca. 2.** in communem usum conferebant, ita  
ut nemo suū esse diceret aliquid, quo-  
niam indiscreta & cōmunia apud ip-  
sos manebant omnia.

**Cassia. de** Quæ paupertas id demū requirit,  
vt

vt voluntaria, plenaq; sit abdicatio fa= instit.re-  
culturū, quarū nulla proprietas re= nunt. Et  
tineatur. Atq; hic locū habet celebris collat. 3.  
illa Tertulliani sententia: Bonum est Li. de dif-  
ficultates cum dispēsatione pauperi- finit. Eccl.  
bus erogare: melius est, pro intentio= dogmatū.  
ne sequendi Dominum in simul dona-  
re, & absolutum à sollicitudine cum  
Christo egere.

Vbi castitatis consilium  
commendatur?

**H**oc in Evangelicis, tū in Apo-  
stolicis literis commendatur. Lau Matth. 19.  
dat ergo Christus illud genus Eunu- Epiph. cō-  
chorū, qui propter regnum cœlorū se= tra Valesi  
ipsoſ caſtrauerūt. Et ne p̄ceptū hoc os. Et Mar  
effe magis quām cōſilium putaremus, tia. epi. 10  
mox subiicit: Qui potest capere, ca Hieron. in  
piat. Quæ vox quaſi hortantis est Doz 19. c. Mat.  
mini, vt recte Hieronymus interpre= Basil. ex  
tatur, & milites ſuos ad pudicitię Cypria. de  
præmium cōcitantis. Perinde acſi di uirginit.  
ſapien. 8.

T. cat:

## DE CONSILIIS

Hieron. cat: Qui potest pugnare, pugnet, super-  
& Orig. ret ac triūphet. Id ille potest, cui da-  
in Matth. tum est: datur autem omnibus, qui, ut

Hieronymus idē testatur, petierint,  
qui voluerint, qui ut accipiāt, labora-

Matth. 7. uerint. Omni enim petenti dabitur, et

Luc. 11. quærens inueniet, & pulsanti aperie-  
tur. Cui quidem castitati præmiū Di-  
uina scriptura decernit singulare au-

Apoc. 14. tē virginū castitati. Etenim qui cum

Esa. 65. mulieribus non sunt coquinati, ac  
virgines permanerunt, sine macula  
ante thronum Dei assistunt, cantant  
nouum canticum coram Deo et Agno:  
ac sequuntur Agnum quocunq; ierit.

Apostolus verò planissime dixit:

1. Cor. 7. Bonum est homini mulierem non tan-

Ibidem. gere. Ac rursum: De virginibus præ-  
ceptum Domini non habeo: Consilium  
autem do, tanquam misericordia con-  
sequutus à Deo ut sim fidelis. Existi-  
mo enim hoc bonū esse propter instan-  
tem necessitatē: quoniam bonum est  
homīc

homini sic esse. Atq; iterum de vidua Ibidem.  
 scribens, Cui vult, inquit, nubat tan-  
 tum in Domino. Beator autem erit, si  
 sic permanserit secundum meum con-  
 filium: Puto autem, quod & ego Spic-  
 ritum Dei habeam. Apostolo pulchre  
 suffragatur Ambros. ubi in hæc ver= Ambro. li.  
 bascritbit: Iure laudatur bona vxor, 10. epi. 81  
 sed melius pia virgo præfertur, dicea et in 1. epi  
 te Apostolo: Qui iungit virginem suam, sto. ad Ti-  
 benè facit: & qui non iungit, melius mot. ca. 3.  
 facit. Hæc enim cogitat quæ Dei sunt, 1. Cor. 7.  
 illa quæ mundi: illa coniugalibus vin-  
 culis colligata est, hæc libera vinculo: Vide Ba-  
 rum: illa sub lege, ista sub gratia. Bo- siliū li. de  
 num coniugium per quod est inuenta uera vir-  
 posteritas successionis humanae: sed gini.  
 melior virginitas, per quam regni cœ-  
 lestis hæreditas acquisita, & cœlestium  
 meritorum reperta successio. Per mu-  
 lierē cura succedit: per Virginem salus  
 euenit. Requirit autem isthæc Ca- Caßian.  
 stitas, ut quis consilio deliberato atq; colla. 12.  
 T ij      conc

## DE CONSILIIS

constati ab omni carnis sorde, seu Venere a voluptate, incorruptus viuere studeat, atque vitam cœlibe agat continenter, ut sit sanctus & corpore & spiritu propter Christum. Eoꝝ spe-

Cor.7. Etans Apostolus dixit: Qui statuit in corde suo firmus non habens necessitatibus in tatem, potest statem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicavit, in corde suo seruare virginem suā, benè facit.

Psal.44. Quomodo consilium Euangeli-  
cum de Obedientia nobis  
proponitur?

Christus Dominus non solū exemplo vitae sanctissimæ, sicut antea meminimus, sed & verbo suo huius obedientiae rationem perfectam nobis

Ioan.6. proposuit atqꝫ cōmēdauit. Venit enim Lxc.2. non suam facere voluntatem, sed Pas- Matth.20 tris, & eorum, quibus fuisse subditus. Lxc.22. legitur: venit idem ministrare & non Philip.2. ministrari, adeò ut humiliavit semet- ipsum.

ipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autē Crucis. Tum ad sui imitationem nos verbo excitās dixit:  
 Si quis vult venire post me, abneget Matth. 16.  
 semet ipsum, & tollat crucem suam, et Luc. 9.  
 sequatur me. Quae verba, ut genera= Bass. de uit  
 tim ad omnes dicta, recte quidem pos= ta soli.  
 sunt accipi, sed peculiariter tamē atq; Et in Af-  
 perfectius ad eos pertinet, qui pro suo ceticis.  
 modulo se Christo ita conformant, vt Cassia. de  
 nulla in re sui esse iuris velint, & ali= institutis  
 eno potius quam suo arbitratu viuere renūtian.  
 satagunt, dum alterius, quem Christi Et Bern.  
 loco delegerunt, voluntatem & impe= epist. 1.  
 rium vltro sequuntur. Augu. lib.  
 de mori-

Huiusmodi autem fideles et excelsi Eccle-  
 lentes Christi imitatores, uti veteres Philo.  
 ostendūt annales, Ecclesia semper ha= Eusebi.  
 buit, & in his delectos probatos q; cœ- Niceph.  
 tus piorum ac Religiosorū hominum: Historia.  
 qui supra vulgi morem ac exemplum, Triparti.  
 abdicatis semel bonis omnibus, & res Paulus  
 licetis carnis illecebris, ex professostuz Diaconus.

T iiiij derent

## DE CONSILIIS

deret sanctae obedientiae: eò videlicet  
spectantes, ut ad Christi obedientis  
exemplar, & ad Euagelicæ normæ per-  
a Horum fectionem se totos cōponerent. <sup>a</sup>Cu-  
scripta ius rei testes perquam idoneos habe-  
extant. mus, Basiliū, Augustinum, Hierony-  
Vide mum, Benedictum, Gregoriū, Cassia-  
Chry. li. 3. num, Bernardum, aliosq; innumeros  
cōtra uitæ Euagelicæ perfectionis professores,  
per uitæ & monastici instituti obseruatoris  
monastic. integerrimos.  
Chrysost.

Hom. 58. Quid summatim de Consilijs  
ad popul. Euagelicis est sentiendum?

et in 1. epi.

Tim. c. 5.

Et Cassia.

Col. 24.

cap. 26.

Matth. 19.

Hoc nimirū, quod sint incitamenta  
& subsidia quedam commoda ads-  
modum, quæ infirmis aduersus mundi  
carnisq; illecebras arma præbeat, quæ  
bonorum conatus in cursu veræ pietas-  
tis ad meliora prouehant: quæ spiritu  
ad præstāda Religionis, Diuinig; cul-  
tus officia expeditiore reddat: & quæ  
insuper, ut ostendimus, ad æternae vi-  
tæ

tæ mercedem ac gloriam in cœlo ple-  
niorem consequendam conferant . Ac Luc. 9.  
summa quidem Euangelicæ perfectio= Ioan. 13.  
nis in eo versatur , vt quam maximè & 15.  
possis ad charitatem contendas Chri= 1.Pet. 2.  
stumq; imiteris . Imitaris autē si Chri 1.Cor. 8.  
sto & pauperi , & virginī , & alijs Luc. 3.  
subdito , & ad mortem vsque Crucis Philip. 2.  
obedienti pro tua virili te studeas  
conformare : si cum Apostolo itidem Philip. 3.  
Paulo neglectis ijs quæ retro sunt , in-  
defesso labore ad anteriora contendas ,  
& ad supernæ vocationis brauium te  
extendas in dies : voluntate interim  
propria in totum abdicata , ac homini  
propter Deum subiecta , vt æmuleris 1.Cor. 12.  
vsque meliora Charismata , partemq; Luc. 10.  
optimam eligas , tum bona fide  
in finem vsque con-  
serues .

T iiiij DE

DE QUAT. HOMINIS

De Quatuor Ho-  
minis Nouissimis.

Quæ dicuntur quatuor ho-  
minis nouissima?

**H**Æc videlicet : Mors, Iudi-  
cium, Infernus, & Regnum  
cælorum : dicta quidem no-  
uissima, quod inter cætera omnia quæ  
hominis accidere possunt, extremū pla-  
nè locum sibi vendicent. Mors enim,  
ut dici solet, est ultima linea rerum,  
quæ in hoc mundo sensibus percipiun-  
tur. Mortem sequitur horrendū illud  
Iudicium Dei, sicut & Paulus his  
verbis ostendit. Statutū est omnibus  
semel mori: post hoc autē & Iudiciū.  
In quo demū Iudicio perficietur, quod  
Euangelica veritas afferit: Procedet  
qui bona fecerunt, in vitam æternam:  
qui verò mala, in suppliciū æternum.  
Elius enim hominis venturus est in  
gloria

Hebr. 10.

Hebr. 9.

Ioan. 5.

Matth. 25

Matth. 16.

gloria Patris sui cum Angelis suis: &  
tūc reddit vnicuique secundū opera eius.

Quomodo Scriptura sigillatim  
de his nouissimis docet?

**D**E morte quidē, qua nihil certius,  
sicuti hora mortis nihil incertius  
hoc modo legimus: Rex hodie est, & Eccl.10.  
cras morietur, Itē: Cūm morietur hos Ibidem.  
mo, hæreditabit serpentes, & bestias,  
& vermes. Tum rursus: Omnes mori= 3.Reg.14  
mur, & quasi aquæ dilabimur in ter=  
ram, quæ nō reuertuntur. Cūm autem  
plurimū referat, quomodo moriamur,  
toties in Euangeliō nobis repetitur il-  
lud: Et vos estote parati, quia qua hora Matth.25.  
nō putatis, Filius hominis veniet. Pas Mar.13.  
rati verò mortē excipiemus, si seriō & Luc.12.  
in omni vita pro se quisque meditetur  
quod scriptū est: Ante obitū operare Eccle.14.  
iustitiā, quoniam nō est apud inferos  
inuenire cibū sicut et Christus dixit:  
Venit nox, quādo nemo potest operari. Ioan.9.

De

## DE QVAT. HOMINIS

- De iudicio autē diuino, quod effuso  
Heb. 10. gere nullus potest, & cuius est terribilis exspectatio, sic prædicat Ecclesia.  
Eccle. ult. stes: Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit. Et gentium Doctor Paulus clamat: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonū, siue malū. Idcirco rectissimè præcipitur. Ante languorem adhibe medicinam, & ante Iudicium interrogate ipsum: & in cōspectu Dei inuenies propitiationē.  
Rom. 14. 2.Cor. 5. Eccle. 18. 1.Cor. 11. sicut & Apostolus dixit: Si nosmet ipsos dijudicaremus, non utique iudicaremur.
- Iam de Gehenna constat, nihil ea  
Mat. 8.12 terribilius, intolerabilius, infæliciusq; 23. 24. 25 posse excogitari. Ibi fletus & stridor Mar. 9. dentium: ibi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguitur: ibi nulus ordo, sed sempiternus horror inhabitat:

bitat: ibi pars illorū in stagno ardenti  
igne & sulphure, quod est mors secū-  
da: quēadmodum Scriptura testatur.  
Propterea metuendus ille Iudex cre-  
dentes omnes tam grauiter monet: Tis Luc. 12.  
mete eum, qui postquā occiderit, ha-  
bet potestatem mittere in gehennam.  
ita dico vobis, hunc timete. Concinit  
Propheta Regius, qui & ipse à Diui- Psal. 118.  
nis iudicij timuit: Seruite, inquit, Do & 2.  
mino in timore, & exultate ei cū tre-  
more. Apprehendite disciplinam, ne  
quando irascatur Dominus, & pereat  
tis de via iusta, cūm exarserit in bre-  
ui ira eius.

Verūm sicut malorū summa infer-  
nus est, ita Regnū cœlorū summa bo-  
norū omnium existit, ut hoc ipso nihil  
aut optabilius, aut iucūdius, aut feli-  
cius homini unquam possit desiderari.  
Audi Diuinorum consciū Apostolum:  
Oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec 1. Cor. 2.  
in cor hominis ascenderunt, quæ præ-  
parauit

## DE QVAT. HOMINIS

parauit Deus his qui diligunt illum. Ac  
Rom. 8. idem alibi: Non sunt condigne passio-  
nes huius temporis ad futurā gloriam,  
quæ reuelabitur in nobis. Iam ne cum  
Psal. 14. Propheta roges, Domine quis habita-  
bit in tabernaculo tuo? aut quis requi-  
escet in monte sancto tuo? sic tibi res-  
pondebit diuinū oraculū: Qui ingreditur  
Matth. 7. sine macula, et operatur iustitiā. Itē:  
Qui facit voluntatē Patris mei q[ui] in cœ-  
lis est, ipse intrabit in regnū cœlorum.

Quis est usus & fructus doctrinæ  
de quatuor nouissimis?

E O confert hæc doctrina, ut perpe-  
tuò memores nouissimorum, à pec-  
cado coribeamur, & aduersus omnes  
vitiorū pestes muniti, in æqui boni,  
Eccl. 7. recto studio contineamur. Scriptū est  
enim: In oībus operibus tuis memo-  
rare ouisissima tua, & in aternū non  
machū & peccabis. Nam eiusmodi rerum me-  
Cæsianū moria, quæ sanctissimis etiā viris so-  
let

let eſe familiaris, à vanis cogitationi-  
 bus, terrenisq; curis hominē reuocat,  
 eum ad ſui cognitionem adducit, atq;  
 ad ſalutarem Dei timorem impellit, et  
 in eo ipſo promouet conſeruatq;. Qui Eccles. 2.  
 verò timet dominū, præparabūt corda  
 ſua et in cōſpectu illius ſanctificabūt  
 animas ſuas, cuſtodiunt mandata il-  
 lius, & patientiam habebunt uſq; ad  
 inſpektionem illius. Atque adeò plenaria Eccle. 1.  
 tudo ſapietiæ, eft timere Deum, ſicut  
 Scriptura teſtatur. Cæterum filij ſea-  
 culi huīus, ante quorum oculos nō eft  
 timor Dei, hac voce Prophetica cor-  
 ripiuntur. Gens abſque conſilio eft & Psal. 13.  
 abſque prudētia, utinā ſaperet & inz Deut. 32.  
 telligeret, atq; nouiſſima prouideret.  
 Tenet Tympanū & Cytharā ait Iob Iob 21.  
 ille patientiſſimus, & gaudent ad ſo-  
 nitū organi, ducunt in bonis dies ſuos,  
 & in punceto ad infernū deſcendunt.  
 Quæ eſt ſumma eorum, quæ in  
 hoc libro continentur?

Sum=

## DE QVAT. HOMINIS

SUMMA totius operis duabus rebus  
continetur, Sapientia & Iustitia  
Christianæ. Ad Sapientiam hæc capi-  
ta, videlicet, De Fide & Symbolo Fi-  
dei, de Spe & Oratione dominica, de  
Charitate & Decalogo referuntur.  
Nam Fides, Spes, Charitas, illæ vir-  
tutes sunt, quibus veram hominis sa-  
pientiam, ut Augustinus etiam anno-  
tauit, Diuina Scriptura cōcludit. Ac-  
cessit porrò de præceptis Ecclesiæ, &  
de Sacramentis tractatio. Sicut enim  
prædictæ virtutes absque Sacramen-  
tis & præceptis Ecclesiæ subsistere  
non possunt, ita eorum accessione ef-  
ficaciter nobis inserūtur, insertæ con-  
firmantur, augmentur & perficiuntur.  
Quapropter in ijs quæ ad Sapientiam  
referimus explicādis, prior libri pars  
absoluta est.

Posterior, quæ circa Iustitiā ver-  
satur, duas eius partes, tum ad mala  
fugienda, tum ad bona conseſtanda  
spea

ſpectantes, breuiter enucleat. Etenim  
recte scripsit Hieronymus, non suffi- Ad Celano-  
cere Christiano, ſi partem vnam iustis tiam.  
tiae impleat, cui vtrungꝫ præcipitur:  
Declina à malo, & fac bonum. Vtrigꝫ Psal.33.  
igitur parti capita nōnulla, quæ præ-  
cipuè ad malorum bonorumqꝫ discrimi-  
men obſeruandum pertinent, accōmo-  
data ſunt. Totius autem Iuſtitiaē vim  
& amplitudinē, Tobias vir æquè ſa-  
piens ac iustus, ſuccincte comprehen-  
dit, ubi ſuum filium, adeoqꝫ filios Dei  
omnes ſigillatim admonet in hæc ver-  
ba. Noli timere fili mi, pauperē qui- Tobie 4.  
dem vitam gerimus, ſed multa bona  
habebimus si timuerimus Deum, &  
recesserimus ab omni peccato, & fe-  
cerimus benè.

Ita demū diſcimus, quantum inter  
Christianum Ethnicumqꝫ hominē in-  
terſit, cum vtrungꝫ nō modò Fides, ve-  
rūmetiā vita ſecundū Sapientiā et Iu-  
ſtitiā Christianā instituta diſcernat.

Verūm

DE QVA. HOMI. NO.

Verum enim uero, ne institutae sum  
mae terminos pretereamus, doctrinæ  
huius ad Christianos, eosq; in primis  
simpliciores instituendos pertinentis,  
**Eccle. ult.** hic modus & finis esto. Quæ omnia  
uno Ecclesiastæ verbo, tāquam totius  
humanæ vitæ illustri sigillo cōsigna-  
**Psal. 67.** bimus, ita concludentes, Deum  
time, & mandata eius  
obserua.

Confirmahoc Deus, quod  
operatus es in nobis.

CHRISTO IESV GLORIA.

LOVANI

Ex officina Typographica  
Stephani Valerij Typog.